Græcæ Linguæ FVNDAMENTA:

Quæ ſunt tanquam

Epitome Lexici &

Etymologici Græci:

Limatiora & pleniora ex quarta editione,

Curâ

Matthiæ Martinii.

Ariſt.lib.5.de generat.anim.c.7.

Αἱ ἀρχαὶ μεγέθει οὖσαι μικραὶ, τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσί.



LONDINI,
Excuſum typis *Ioannis Haviland*,
Impenſis *Io.Partridge.* 1629.

BIBLIOTHECA BODLEIANA



IESV CHRISTI
Filii Dei
PIIS SCHOLIS,

Quæ ſunt apud Eccleſias
Reuerend. Vnit. Fratrum, puram
Doctrinam Euangelii per *Bohemiam*,
Moraviam, & *Poloniam*
ſervantes,

Ex animo grato & benevolentia,

Hæc Linguæ Græcæ Fundamenta
inſcribit

Schola Bremenſis.

AD DISCIPULOS

φιλέλληνας præfatio.

INter metas ſcholaſticæ inſtitutionis etiam hoc cenſetur, ut ii, qui ad ſuperiores pædagogei curias maximeque ad publica auditoria aſpirant, ſi quidem ſolidioris literaturæ ſtudioſi haberi velint, poſt juſtam Latinarum literarum cognitionem, Græcæ linguæ fundamenta calleant; ideoque non eas tantùm contextuum particulas, quæ ex autorib. prælegantur, Latinè queant reddere; verùm etiam lexicorum compendia quædam memoriæ theſauro commendent, & in mente, quaſi in ære, contra oblivionis periculum inſculpant. Eum ad finem ſelectas has vocum Græcarum claſſes ſecundum uſitatum literarum ordinem cum novo curæ noſtræ cultu edendas & doctarum linguarum tironibus commendandas duximus. Fundamenta eas diximus, regii ſcilicet Græcæ ſapientiæ palatii: nec eo tantùm ſenſu, quo κρηπῖδας & θεμέλια ita nuncupamus, ſed juſta quoq; ὑπερείσματα, quibus reliqua verborum hæc amiſſorum ſtructura inædificetur, adeoque etiam ex iis originis jure traducatur. Eos ſcil. ipſos exhibemus hic verborum typos, quos in toto Hellenico exercitu anteſignanos jure appellemus & primipiles, quibus qui cordatè ſtrenueq; adhæſerit, inſcitiam in hoc genere debellare & conſummatioris eruditionis coronam poſſit conſequi. Non eſt autem opinandum, eas voces, quas vulgò, Hebræo more, à plantis petita tranſlatione, radices vocant omnes eſſe primigenias: quum multæ certò, multæ proba-

biliter

bilitur ad alias priores revocari queant: & omnes propè ad primum Græca ad Chaldæam & Hebræam proſapiam. Ideo viſum nunc huic libello, etſi plerisque tantùm verbis, etymorum indicia adjicere, ut habeant præceptores occaſionem diſcipulis ea familiariter explicandi & eorum ingenia inde acuendi: ex quibus etiam illa quæ ſunt obſcuriora, originis tamen ſcientiâ oblectantur: & his quaſi illecebris experimur multos ad ea, quæ alioqui inſuper haberent, cognoſcenda & aliquo laboris ſumptu dignanda excitari. Ea autem etyma ipſi hic verò expoſuimus: ut libelli molem moderaremur. Meditando diſcipuli eorum intelligentiam extundent & difficiliorum verborum enucleationem à præceptorib. flagitabunt. Non ſunt verò omnia Græca, quæ Græci uſurparunt: namque quædam inveniuntur in omnib. linguis peregrina, præſertim plantarum & animalium nomina, quæ ſub unius civitatis aut familiæ leges cogere velle, neſcire eſt, originarios cives ab inquilinis eſſe diſcernendos. Cæterùm in ſignificationum claſſibus aſſignandis, & in nativa ab aſſcitis diſtinguendis ratione, minus adhuc præſtitum eſt ab omnibus, quàm rei literariæ intereſſ. Plurimùm autem eam pro propria primáque agnoſces, quæ originale ſolum ſuum præ cæteris ſapit, & quæ non inanem ac ſupervacaneam copiam eorum ſignorum induxerit, quæ rebus notandis ſunt impoſita. Quæ enim planè ſint per ſe ſynonyma (vulgò polyonyma dicimus) non facilè eſſe ponenda, ſunt qui probabiliter diſputent; niſi quantum dialectorum privilegiis eſt concedendum, & quantum inſueta ac veterata uſitatis & recentioribus ſunt diſcriminanda. Nunc puer his acquieſcet, memor illius Iſocratis: στέργε τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω. Qui autem compendiolum, quod hic exhibemus, ſibi per aſſiduam diligentiam, adhibitâ grammaticâ, familiare reddiderit: ei confirmamus, vel ex his ſolis ipſum ad mediocrem Græcanicæ doctrinæ notitiam ſine ambagioſo itinere perventurum eſſe. Quæ enim hic omittimus, maximam partem ad eam flexionis analogiam ſpectant, de qua ad finem Græcæ grammatices monuimus, titulo de vocum ſignificatis: aut pertinent ad compoſitionem, quæ vel fit ex diverſis plenis vocibus,

tibus, vel aſſumptis propoſitionibus, tum ſeparabilibus tum in-
ſeparabilibus, unde ferè de poteſtate earum, etiam in vocibus,
quæ connexæ ſunt è pluribus, poteſt judicari. Si quid verò ad Facilis via
præſens hoc noſtrum inſtitutum præterea requiratur, ſubinde in diſcendi lin-
hoc libello ſubnectitur. Ratio autem & via facilè proficiendi, guas.
ut in aliis linguis, ita in hac quoque, optima eſt ea, ſi, prægreſſa-
tis neceſſariis grammaticorum præceptis, copiam vocum cum
ſuis ſignificationibus ſibi diſcipulus comparet, &, ne harum
facilè obliviſcatur, hæc quatuor memoriæ & velocioris pro- I
greſſus ſtabilimenta ſibi commendata habeat. Unum eſt, ut ad
origines, licèt tantùm ſint veriſimiles, & aliquantum na-
turæ vocum noſcendarum affines, initiò attendat dili-
genter. Alterum eſt, ut obſervet, an in lingua nota, ſive II
vernacula ſive Latina, aliquid manifeſtò ſit deductum
ex eo vocabulo, quod diſcenti novum & incognitum vi-
detur. Exempli causâ: proclivitèr vis hujus ſententiæ verba
memorare, & eorum vim inobilitâ mente tenere: Δόξα ἐν ὑ-
ψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, vel
bo ἀνθρώποις εὐδοκίας. Sic inſtitue & tene diſcendi cur-
ſum. Δόξα eſt opinio, & in ſpecie opinio cum laude junſta,
ſeu gloria. Hinc etiam Latinis nota ſunt nomina quæ-
dam tum appellativa tum propria. Ita paradoxum dici-
tur, quod eſt præter communem opinionem: ortho-
doxus eſt, cujus recta eſt opinio, ſeu qui rectè ſentit de
fide. Eudoxus celebris fuit aſtrologus, qui primus apud
Græcos annum ad lunæ curſum ordinavit; ut bonitas
famæ & gloriæ nomen ei inſcripſiſſe videatur, qui qui-
dem, ut Petronius Arbiter ait, in cacumine excelſiſſimi
montis conſenuit, ut aſtrorum cœliq; motus deprehenderet. Jam
autem opinio, exiſtimatio, & gloria idem ſæpe faciunt: ut,
quum Cicero ad Lentulum, Magna eſt, ait, hominum opi-
nio de te, magna commendatio liberalitatis. Ἐν eſt in, quod
inde Latini ſunt mutuati: quamvis etiam ἐν Græcis qui-
buſdã in uſu fuerit, ut Heſychius nobis doctor eſt. Sed ἐν
eſt tantùm iſthuc in, quod quietis verbo ordinariè additur.

Et hoc ipſum manet in multis, quibus Latiniorum aures tanquam propriis, jam ab ultima antiquitate aſſueverunt: ut probant nomina *encarpa*, *encauſtus*, *enchiridium*, *encliticus*, *encomium*, *endromis*, *energia*, *engonaſis*, *entheüs*, *enthymema*, *Enceladus* ὕψιστος eſt *altiſſimus*, ab ὕψος, id eſt *altitudo*. Hoc Latinis quidem eſt ignotum in appellativis. At *Hypſenor* ſonat *altum virum* apud Homerum; cujuſmodi etiam is erat, ut tanquam numen coleretur, & *Hypſicratéa* erat uxor fideliſſima Mithridatis; quæ *altè robuſtam* ſignat. Θεὸς *Deus* eſt, cui hoc ipſum Latinum affine eſt; etſi id potiùs ab Æolico Δεὺς ducatur, pro eo, quod communiter Ζεὺς dicitur, vel ab ipſo Δῖος. Hoc nomen Θεὸς apparet in notiſſimis illis *theologia*, *theogonia*, *Theocritus*, *Theodorus*, *Theodoſius*, *Theophraſtus*. καὶ eſt *et*. Hoc latet in voce *cætera* quod eſt quaſi κ' ἕτερα, id eſt *& alia*. ἐπὶ eſt *ſuper*, *in*, *poſt*; cui affine Saxonicum up, Belgicum op, Danicum paa, pro quo Germani alii habent auff. Illud verò ἐπὶ in multis dictionibus innotuit etiam Romano orbi familiaribus; ut *epicedium*, *epigrapha*, *epiphania*, *epiſcopus*, *epiſtola*, *epitaphium*, & *epitimia* in jure civili *l. ſcire ff. de tut. & curat.* *Epigoni* in hiſtoriis, *Epimetheus*. γῆ contractū eſt ex γέα, *terra*. Hæc vox nitet in his, *geographia*, *geometria*, *georgica*, *Georgius*, *anogeum*, *apogeum*, *hypogeum*. εἰρήνη eſt *pax*. Et *irenarcha* eſt ex hiſtoriis & Romano jure Latinis notus, qui ad pacem inter cives conſtituendā & tollendas controverſias ordinatus eſt, item, qui morū diſciplinæ & itinerantium paci ac ſecuritati præeſt. *l. muner. civil.* §. *irenarchæ. ff. de munerib. & honor.* & in *Cod.* titul. de *irenarchis*. Hinc eſt *Irene* inſula & *Irenæus* pater, quaſi Pacius aut Pacatus. Ἄνθρωπος eſt homo: unde in vulgus nota ſunt *Theanthropus*, *philanthropia*, *miſanthropus*; pictor *Anthropographus*, Dionyſius, inde dictus, quòd tantùm homines pingere ſoleret: *Anthropolatra* Neſtorius *Cod. l. 1. tit. 5.* *Anthropomorphitæ* hæretici, qui Deo humanam

nam figuram aſſingebant. Εὔνοια eſt *benevolentia*. Εὖ *bene* eſt, Latinis receptum in voce *euge*, *eucharistia*, *euphonia*. Δοκεῖν eſt *videri*, *exiſtimare*, *ducere*; unde eſt δόξα: de quo ſuprà. Inde eſt etiam *dogma*, placitum ſcilicet, quod quis vult & probat; uno verbo ſententia. *Tertium* III
citò arripiendæ alicujus linguæ ſubſidium eſt, ut quis initiis hauſtis, illico ſe conferat ad parvi & jucundi utiliſque cujuſdam ſcripti lectionem & meditationem: *ut epiſtolæ Paulinæ, aut Græci pſalmi & initiò dimidium, deinde integrum, poſt duos & mox plures verſus ad omnes minutias exigat. ita brevi tempore ſibi magnum in hoc ſermone theſaurum ſtipabit. Quartum* inſtituti noſtri adjumentum eſt, ut IV
diſcipulus φιλέλλην ſtilum occipiat, & initio commatis poſtea coli, hinc ſententiæ, poſt eò plurium verſionem è Latino in Græcum moliatur. Si non adſit ſemper præceptor, qui conſulatur: ſibi ipſi ſic magiſter erit. elegantem ſcriptoris ſacri aut profani ſententiam, caput aut hiſtoriam è Latino (cujus tamen etiam Græcum textum habeat) ſibi proponat, & interpretetur, conatu ſui ipſius ſtudii ad τὸ ἑλληνίζειν; ſuámque compoſitionem poſtea conferat cum Græco autographo. *Ita, ſi conſulat grammaticam & Lexicon, errata ſponte ſe, ſine vocali monitore, in judicium ingerent. Et hæc monita rectis atque gnavis ingeniis poſſint ſufficere. Quoniam tamen non induſtriâ tantùm, ſed & prudentiâ diſcendi labor conſtat, non ab re ſuggeremus, quid primò & verò præcipuè cognoſcendum videatur; ne mole & difficultate preſſus puer, ſi omnia paris neceſſitatis lege æſtimet, & ſe imparem ei ſtudio ſentiat, ab inſtituto reſiliat atque deſiſtat. ſi enim in comprehendendis iis, quæ vel nulli vel exigui ſunt uſus, diligentiæ vim retuderit aut etiam fregerit: fiet, ut fatigationi ſuccumbat & remiſſus evadat. Quamobrem ſuademus, ut eæ linguæ, quarum cognitio ad intelligendum aut ſcribendi facultatem aliquam, ad ſummum, non item ad quotidianum loquendi uſum expetitur, hoc ordine addiſcantur.* Primò pronomina, *præſertim ea, quæ primitiva vocamus* (*cujuſmodi*

modi tria, pro perſonarum numero, eſſe ſolent) ad unguem memoriæ commendantur: quum frequentiſſimè in oratione occurrant. Illi verò id tædium in re exigua & paucarum vocularum eſt devorandum, quod objicit anomala flexio, quam omnes linguæ hîc videntur tenere: ea certè de quibus hactenus aliquid accepimus. Deinde noſcitandæ ſunt præpoſitiones, quarum perexiguus in ſingulis linguis eſt numerus: at uſus tum ſeparatim tum in compoſitione longè uberrimus, & latiſſimè diffuſus. In grammaticis autem, ipſis etiam earum [illegible], univerſæ ſolent numerari. Qui harum ſignificationes (quas etiam in hac epitome breviter exhibemus) ſemel fideliter imbiberit, mirum eſt, quàm facilè multorum vocabulorum intelligentiam ex ſuis principiis colligere & ſibi queat comparare. Tertiò conveniet addere ſcientiam conjunctionum diſtinctam pro enunciatione, ratiocinatione & ordine. His enim & diverſæ ſententiæ & nonnunquam ejuſdem quoque enunciationis partes & ſyllogiſticæ complexiones, ſæpe etiam præſertim in compoſitis, aſſumptiones ſolent connecti & colligari. Quartò interjectiones his adjunguntur: de quibus vix aliquid hîc tangere neceſſum aut dignum eſt, adeò facilis eſt res ea & anguſti imperii. Quintò transeundum judicamus ad verborum diſciplinam: ubi ante omnia verbum ſimpliciſſimum, quod ſubſtantivum vocant grammatici, cognoſcendum fuerit: quo equidem nulla periodus carere poteſt, etſi alias diſertè id exprimatur, alias autem in aliis verbis ſuppreſſum lateat. Quamobrem logici docent, id in ſimplicibus ſeu categoricis propoſitionibus copulam & terminorum diſpoſitorum veluti glutem quoddam eſſe. Quin etiam non niſi ejus beneficio in plurimis linguis aliorum verborum conjugationes abſolvuntur: atſi tunc à primis & ſingulis vocibus ad orationem diſcedatur & periphraſis ſyntactica exſiſtat. Ob eum verò uſum etiā auxiliare verbū dici meretur τὸ ὑπαρκτικόν: quoniam Latini paſſivorum præterita, alicubi etiam Græci, per participium & verbum ſubſtantivum circumſcribunt. Germani autem, & quicunque cum eis linguæ dialecto communicant, ut etiam gentes, quæ è Latina corruptum hodie ſermonem habent,

bent, conſimiliter quoque Slavonicæ plurimùm auxiliaribus verbis utuntur, ſine quibus verò longiorem paulò periodum contexunt aut perficiunt. Aliis autem pauciores ejus generis ſubſidiariæ voculæ ſunt receptæ: aliis plures, ut nobis non tantùm eſſe, habere, ſed & interdum fieri & velle, debere, & alicubi poſſe. Sexta cura reliquis verbis, quæ ſic ſpecialiter grammatici vocant, iiſque ſimplicib. (quæ ferè tantùm in his fundamentis tradimus) percipiendis impenditur. Ab iis enim numeroſa ſanè, quàm putes, breviore definitis, non tantùm alia verba, ſed & plurimùm nomina, ex nominibus autem deinceps adverbia deſcendunt. Certè in linguis orientis, Hebræa puta & ei cognatis, res iſta tam eſt plana & manifeſta: ut verba peculiari velut privilegio radices nuncupari ſoleant. optima autem diſcendi via citra dubitationem ea eſt, quam ex cognitis incognita cognoſcuntur; & ex principiis ad orta deſcenditur, quæ ab his ad illa aſcenditur. Septimus & ultimus labor in nominibus, primò rerum quotidianarum, deinde & aliarum, occupabitur: ſic tamen, ut communiorum, & quibus planè carere non poſſis, notitiam inter ſuperiora, quæ diximus, anticipare poſſis, aut debeas. Ita diverſi velut circuli vel orbes ſecti in animo diſcentium deſcribentur: & alia aliis cognoſcendis viam ſternent & ambulationem in lexica ἀνώδυνον expeditam jucundámque efficient. Nos verò huic conſilio obſtabit is ordo, quem in deſcribendis præceptis ex methodi lege obſervamus: ut vocum in ſuas ſpecies diviſarum natura diſtinctè cognoſcatur. Aliud enim eſt vocum generales affectiones & adſignificationes conſiderare, & ex earum varietate ſedem ipſis competentem aſſignare: aliud autem ex ſignificationis & uſus præſtantia ac nobilitate ſeriem earundem conſtituere & figurare. Ita etiam participia ex communi nominũ lege declinamus, & ſequũ ea ex verborũ certis temporibus formare noverimus. Uſus autem eorum omnis à verbis pendet, quibus intellectis & ipſa ſine negotio ſunt perſpecta, & citò velut cognita quàm viſa. Quam ob rem nihil peculiare de eis hîc commonefaciendum videbatur. Cæterùm præſens hoc epitomicum lexicon minuet me-

tum

tum nimiæ Græcorum prolixitudinis. In his enim vocabulis, quæ hic tironi in manus traduntur, poteſtate ſunt cætera; quorum pleraque ſola ſagacitas, experientiâ exercitationis adjuta & excitata, ſuggerere poterit. Quamvis autem multò major & difficilior eſſet Græca lingua; neceſſitas longè maxima (de qua præfatione in grammaticen diximus) omnem laborem moleſtiámque abunde ſolaretur. Quod Claudianus canit,

Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat favos;
Si fronti caveat, ſi timeat rubos.
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Verè ὁ φεύγων πόνους φεύγει κλέος. Ἐκ πόνου γὰρ κλέος. Sudor eſt quidem virtutis & gloriæ anteambulo. Labor autem tandem recedit, &, ut Seneca ait, poſt multa virtus opera laxari ſolet: *at hinc manat & manet ſincera voluptas. Si etiam afflictio magni cujuſdam boni causâ ſit ſuſtinenda: quid hic labor, qui ingenia recta eruditionis amantia alit? Quid nobis divinus Apoſtolus inſonat?* Hebr. 12. 11. *Πᾶσα παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης; & in optimis atque à* Deo *ſancitis ſtudiis ἀθλεῖς. Quam res ſuavis & utilis eſt ſolum novum teſtamentum eâ linguâ legere & intelligere poſſe, quâ id ab evangeliſtis & apoſtolis eſt deſcriptum? Præterimus hic, quanta medicinæ, quanta philoſophiæ, philologiæ, hiſtoriis, ipſi quoque Juriſprudentiæ ex* Græcis *literis lux afferatur, ut ſæpius hærere & hæſitare ſit neceſſum, qui hujus διδασκαλικοῦ πέρι fuerint ἄπειροι. Neque hæc paucorum eſt, ſuis fortè ſtudiis blandientium opinio, ſed communis omnium eruditorum vox & ſententia: adeò, ut certum id habeant τῆς ἀπαιδευσίας argumentum, ſi quis* Græci *ſermonis præſtantiam elevet, vel utilitatem ejus ad otioſorum hominum ſcholas reſtringat, aut ad ſolas certarum profeſſionum anguſtias releget. Sed, ut plus fidei noſtra inveniat oratio, alienis potiùs quàm noſtris verbis hanc rem exaggeremus. Idoneus autem de hoc argumento teſtis nobis erit clariſſimus & πολύγλωττος*

quondam

quondam theologus apud Tigurinos Theodorus Bibliander, *qui in ſuo commentario de ratione communi omnium linguarum hæc ſcribit* : Si quis Latinæ linguæ Græcam adjunxerit, ex ambabus multa reliquarum artium ſemina ſuſcipiet: ut jam à linguis illis ad nullam artium rudis prorſum & novus veniat quippe ab iis auctoribus ſermonem hauriet, in quibus non ſola erunt verba, ſed nec eſſe poſſunt. Multa enim ineſſe ex aliis diſciplinis conſperſa, eſt neceſſum. Et eâdem operâ Græcam Latinamque linguam cognoſcet. Adde, quod Græca eſt erudita admodum & locuples: & quemadmodum Latina lingua alias poteſt copiâ ſuâ inſtruere ac juvare, ſic Græca tum Latinam ipſam, tum alias quoque auget & adornat: éſtque perfectioni Latinitatis neceſſaria, non ſecus, quàm Latina Italicæ aut Hiſpanicæ. Nec ullus abſolutè fuit Latini ſermonis peritus, niſi & Græco imbutus. Ex ſermone enim Græco Latinus, ex Latino Italus, Hiſpanus & Gallus manarunt, quibus olim nationibus Latina lingua erat vernacula. Itaque uſu deprehendimus, Latinâ linguam fœcundiorê ac facundiorem ex Græca fieri, ex Latina reliquas Europæ: ſed potiſſimùm tres illas, quas modò nominavi: quas maximè expediret Latino ſermoni aſſueſcere, tum ut eum ipſum, & per eum, artes omnes probè intelligerent; tum ut ſermonem ſuum patrium ex illo, velut aquam copioſiorem ex fonte derivatam, puriorem atque opulentiorem redderent. Quid? quòd multa ſunt Græcis literis memoriæ mandata in hiſtoria, natura rerum, moribus privatis ac publicis, medicina, pietate, quæ de ipſis fontibus & faciliùs hauriuntur & puriùs. *Interim tamen ab imparib. ingeniis, & in diſſimilibus ſtudiis, paria & eadem poſtulare non erit ſapientis. Quæ aliis velut exhauſiſſe convenit; aliis aliquando ad mediocritatem ſatis erit deguſtaſſe; ut, ſi qua neceſſitas objiciatur, id, quod alii* δεινῶς *præſtant, ſaltem* ὁπωσποτοῦν *queant alii. Infeliciter tamen verborum ſtudia à rebus ſeparantur; quum hæ ſine illis parum tutò cuſtodiantur,*

conſpurcantur, ut ex inſititiis diſciplinarum corruptelis, ab illa ſola cauſa profectis, immunes ſint ii, qui in illas ſe familiariùs penetrare ſtuduerunt. Quemadmodum, ut Palladius rei ruſticæ ſcriptor præcipit, receptacula olei ſemper ſint munda oportet, ne novos ſapores veteri rançore infecta corrumpant: ita etiam linguarum, quæ ſunt eas thecæ & cuſtodiæ rerum, culta eſſe debent ſtudia, ne è vaſis ad bona eis commiſſa aut commiſſata ſerpat pernicioſa contagio. Et meliùs nuclei in ſuis putaminib. ſani conſervantur, quàm excluſi ab eis & nudi aëri expoſiti. Id vigentibus adhuc annis pueri & adoleſcentes conſiderabunt, ne ſeriore ævo dimiſſe olim è manibus occaſionem irritè amovere deplorentur. Nec enim ad has diſciplinas percipiendas quælibet ætas pariter habilis eſt & idonea. Et Deus ita humana ingenia diſpertivit, ut, quibus temporibus ad res abſtruſiores comprehendendas ſunt inepta aut ſaltem parum efficacia, iis ad linguas diſcendas ſatis ſint efficacia & accommodata. Cogitet a. tiro, eruditionis ſolidioris ſtudioſus ſi ſingulis diebus vel decem duntaxat vocabula diſcat; quàm brevi futurum ſit, ut maximum eorum numerum in memoriæ promtuario depoſitum ad intelligendi & commentandi uſum ſervet. Ita optimarum rerum ſcientia

creſcet occulto, velut arbor, ævo.

Incepto tantùm opus eſt & incepti diligenti ac patienti continuatione ad breve tempus; & apparebit, ἀρχὴν μὲν λέγεσθαι ἥμισυ παντὸς, οὐδὲν δ' ἢ τὸ ἥμισυ εἶναι. Quod ſupereſt, Deum oramus, ut unà cum veræ pietatis amore ad optimarum artium & ſanctiſſimarum doctarúmque linguarum cultum amplificandum bona & publicè utilia ingenia excitet & donis ſuis ſalutaribus ea fæcundet ac exornet.

Scrip. Bremæ Anno CIↃ DC XIV.
15. Ianuarii.

FVNDAMENTA Linguæ Græcæ.

A Prima apud Græcos litera eſt, ab alpha Chald. ex Hebr. aleph, id eſt dux, quia eſt dux aliar. literar. Aleph etiam bos. Et hinc aleph dici volunt, quòd ii bovinum capitis figuram quandam habeat. Hinc Heſ. ἄλφα βοῦς κεφαλή. Alii vero alpha derivant ex אלף aleph diſcere: quia hinc diſcendi exordium ſumitur. Interdum nota numeralis eſt, & ſignificat unum. In compoſitione vim habet privandi & indicandæ privationis, ab ἄτερ, augendi, ut ſignificet magnum & multum, ab ἄγαν, congregandi, ab ἅμα. Nota autem quòd in quibuſdam dictionibus α immutè abſq; vel adſit, ut ἀμαρτάνω, μαρτάνω, ἀσπάζεσθαι, σπάζεσθαι.

ἁ pro ἡ, Dor. artic.

ᾇ, quò, Dor. pro ᾗ.

ἆ, vox quiritantis, admirantis, optantis. Hebr. אהה aha, ab אח ah, ex אנח, unde באנח ſuſpirare, gemere.

ἆ ἆ, ah ah lamentantis.

ἃ ἃ, ridentis, ut apud Latinos, ha ha he. Hebr. האח heach.

ἀάζω, ω, aag. exhalo.

ἀάπτω, nocco, ab α & ἅπτω, ab ἅω.

ἀάριον, aucupii inſtrumentum, amet.

ἀβάλε, utinam: item heu. Sed ob tam differentes ſignificationes non videtur una vox eſſe. Quum utinam eſt, corruptum fortè eſt ex ὄφελε, & tunc affine eſt Hebræum אחלי Quum eſt heu, dubio procul eſt ex אבל abal, i. lugere. Hebr. & Chal. Heſ. ἀβαλοῦσιν, τιθέασιν, ζω-ται. ἀβελ πένθ⊙.

ἄβαξ, ακος, ὁ, *abacus.*

ἄβαρ, αρος, τὸ, *placentæ genus.* אפה aphá eſt *coquere* Heb.

ἄβιλτος *ſtolidus*, ὁ, τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων. Heſ.

ἄβρα, ας, ἡ, vel ἅβρα, *ancilla adoleſcentior.* אביר abir eſt *robuſtus* Heb.

ἁβρὸς, ὰ, ὸν, *delicatus*: ex α & βαρὺς, vel potiùs ex ἅπτομαι, quòd ſit facilis tactu.

ἀβρότη, ης, ἡ, *nox*, nonnunquam νὺξ additur: ab α & βροτὸς, quòd noctu non videantur homines.

ἀβρότονον, ου, τὸ, *abrotonum*: genus herbæ perpetuò virentis, ex α & βροτὸς mortalis: vel quia ἁβρῶς τείνεται, ſpolliter extenditur, ut tactu non ſit aſperum.

ἄβρωμα vel ἄβρωμα, τὸ, *mora*: quia ἁβρόν.

ἀβυρτάκη, ης, ἡ, *eduli barbarici à Perſis inventi genus, à ſucco virentium herbarum: nempe*, ex porro, cardamo, mali Punici granis, & aliis quibus ineſt τὸ δριμὺ, id eſt acrimonia. Dicitur etiam ἀβύρτακα. Fortè eſt ab ἁβρὸς & ...

ἀγαθὸς, ἡ, ὸν, *bonus*, ab ἄγαμαι vel ἄγαν *æſtimo.*

ἀγαλλιάω, & frequentiùs ἀγαλλιάομαι, *exſulto*, ab ἀγάλλω.

ἀγάλλω, λῶ, ἀλκα, ... *facio delectabile*, ab ἀγλαὸς: vel ab Heb. גיל gil exſultare.

ἀγάλλοχον, *lignum Indicum & Arabicum odoratum*: vulgo lignum aloës. Ideo ducamus ex Chaldæis עץ אלואין id eſt lignum aloës.

ἄγαμαι, *admiror*: ab ἀγάω.

ἄγαν, *nimis, valde*: ὁ, ἡ, τὸ ἄγαν *nimius, a, um*: ab ἀγάω.

ἀγανακτέω, ήσω, ... *doleo, indignor*: ab ἄγαν & ἄχος. ἀγανὸς *manſuetus, mitis*, ab α & γάνος.

ἀγαπάω, ήσω, ... *amo, oſculor*: quibuſdam q. ἄγαν παύομαι. Hebr. עגב adamare. עגב placere Arab.

ἀγαρικὸν, οῦ, τὸ, *agaricum*: fungi ſaxatilis, imprimis arborei, nomen. Naſcitur autem in larice maximè. Agarus autem eſt fluvius Sarmatiæ Europeæ, circa quem etiam invenitur.

ἀγασυλλίς, ίδος, ἡ, *frutex*, unde *Ammoniacum elicitur.*

ἀγάω, ήσω, ... *demiror, invideo*, ab ἄγαν.

ἄγγαρος, ου, *regum tabellarii* ſeu nuncii. Perſica vox. Hinc ἀγγαρεύω adigo ad currendū vel ferendum aliquid.

ἄγγαρα ſtationes, in quas angari,

gari, peracto dici penſo, divertebant.

ἀγγέλλω, λῶ, κα, nuncio, q. ἀναλέγω.

ἄγγος, εος, τὸ, *vas quodlibet* : ἀγγεῖον, *idem*.

אגן aggán *crater*, Heb.

ἀγείρω, ερῶ, ἤγειρα, *congrego*, *colligo*. Hebr. אגר agár *congregavit*.

ἀγέλεια, *prædatrix* : poët. ἀγελείη, ab ἄγω & λεία.

ἀγέλη, ης, ἡ, *grex*, propriè boum : etiam v. de hominibus dicitur : *ab* ἄγω, ago, duco.

ἀγέρωχος, ου, ὁ καὶ ἡ, *ſuperbus*, *valde honoratus* : ab ἄγαν γέρας ἔχω.

ἅγιος, α, ον, *ſanctus* : ab ἄγος.

ἀγκάς *in ulnis* : ab ἀγκάλη.

ἄγκιστρον, ου, τὸ, *hamus* : ab ἀγκύλος.

ἀγκαλίς, ίδος, ἡ, *ulna*, idem ἀγκάλη : ab ἀγκάς.

ἀγκονέω, *ſtudioſè in opere verſor*, ab ἀνὰ & κονέω.

ἄγκος, εος, τὸ, *vallis*, ab ἀνακοιλοῦσθαι.

ἀγκύλη, ης, ἡ, *iaculi genus* : 2. *incurvatio cubiti* : 3. *genus poculi* : 4. *vitium linguæ*.

ἀγκύλος, ου, ὁ, *aduncus*, ab ἀγκών.

ἄγκυρα, ρας, ἡ, *ancora*, ab ἀγκύλος.

ἀγκὼν, ῶνος, ὁ, *cubitus*, *flexus quivis*, ab ἀνακεῖσθαι.

ἀγλαὸς, οῦ, ὁ, *ſplendidus*, ab αἴγλη.

ἀγλίη, ης, ἡ, *ſubalba in oculo cicatrix*, ab αἴγλη.

ἄγλιθες, αἱ, *alliorum & ceparum capita*. Dorica vox. Ducamus à γέλγες.

ἀγνὸς, οῦ, ὁ, *purus*, *caſtus*, ab ἄγος. Alii ſcribunt ἁγνὸς ab ἁγάζω.

ἄγνος, ου, ἡ, *vitex*.

ἀγνῦθες, *lapides*, *quos ſtaminibus inter texendum appendunt textores*, ab ἄγειν & θέω.

ἀγορὰ, ρᾶς, ἡ, *forum*, *concio*, *annona*, ab ἀγορεύω *loquor*, propriè in concione.

ἄγος, εος, τὸ, *veneratio*, *ſcelus*, ab ἅζομαι.

ἀγοστὸς, οῦ, ὁ, *manus pars interior vel exterior*, *aut cubitus*, *lacertus*, ab ἄγω.

ἄγρα, ας, ἡ, *captura*, *præda*, ab ἀγρὸς.

ἀγραυλέω, *in agris ſub dio dego*, *ſive noctu ſive interdiu*.

ἀγρὸς, οῦ, ὁ, *ager*, *prædium*, ab ἄγω.

ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, *vicus*, *vicinia*, ab ἄγω.

ἄγυρις, εως, ἡ, *cœtus, congregatio*, ab ἀγείρω. Æolice mutato ο in υ.

ἀγύρτης, *agyrta*, ab ἀγείρω.

ἄγχι, *prope, iuxta*, ab ἄμ.

ἄγχω, ξω, χα, *ſtrangulo, ſuffoco.*

ἄγω, ἄξω, ἦχα, *ago, duco, inſtituo, æſtimo: eo.*

ἀγὼν, ῶνος, ὁ, *agon, certamen*, ab ἄγω.

ἀδάμας, αντος, ὁ, *adamas.*

ἀδάρκης, ου, ὁ, *adarces*, ſalſugo quædam gelata ſeu concreta, quæ fit in Cappadocia. Aliter *καλαμόχνους* dicitur. Vocatur etiam *ἄδαρκα* & *ἀδάρκιον*. Ducantur ab α & δέρω. ſpuma enim eſt circa arundines concreſcens, & eas tegens, ut non videantur.

ἀδελφὸς, οῦ, ὁ, *frater*; ἀδελφὴ, *ſoror*, ex α congreg. & δελφύς.

ἀδέω, ήσω, ηκα, *placeo*, ab ἅδω.

ἀδημονέω, ήσω, ηκα, *graviſſimè angor, perturbor*: q. obſaturatus mœrore, ab ἄδην.

ἄδην vel ἅδδην, *affatim*, ab ἅδω.

ἀδὴν, ένος, ὁ, *glandula, tonſilla.*

ἀδινὸς, ή, όν, *confertus, multus, ſuſpirioſus*, ab ἄδην.

ἀδράχνη, ης, ἡ, *adrachne*, arbor

unedoni ſimilis, quæ & ἀνδράχνη, quaſi ἀνδράχνη.

ἁδρὸς, ά, όν, *multus, magnus*, ab ἅδην.

ἀδῶ, ἀδήσω, ἦκα, *ſatio, expleo.*

ἄεθλος, ου, ὁ, *certamen, labor*, ex α & θλάω, vel τλάω.

ἀεὶ, *ſemper*, ex α intend. & ἐω, ſum.

ἀείδω, σω, *cano*: affine eſt τῷ ὕδω.

ἀείρω, ρῶ, ρκα, *tollo*. vid. αἴρω.

ἄελλα, ης, ἡ, *procella*, ab ἄω & εἴλω.

ἀέξω vel αὔξω, ήσω, ηκα, *augeo*, ab α intend. & ἔχω.

ἀετὸς, οῦ, ὁ, *aquila*, ab α intend. & ἵπτος.

ἄζω, *ſicco, areſacio*, ab ἄω.

ἅζω, *veneror.*

ἀηδὼν, όνος, ἡ, *luſcinia*, ab ἀείδω.

ἀὴρ, έρος, ὁ, *aer*, ab ἄω. ἡ ἀὴρ *caligo*.

ἀήσυλος, ε, ὁ, *moleſtus, incorrectionum*, ab α & ἧσσον, *obſtinatio.*

ἄατος, ε, ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ ἄατον, *inſatiabilis, vehemens*, ab α & ἄδην.

ἀθάρα, ας, ἡ, *pultis genus*, ab ἀθήρ.

ἀθέλγω, ξω, χα, *mulgeo*, à θηλή.

ἀθέριξ & ἀθέριγξ *ariſta.*

ἀθὴρ, έρος, ὁ, *ariſta*, ab α intend. & θήρ.

ἀθησαυρίς,

ἀθραγένη, *arbor ex qua optima igniaria ſiunt.*

ἀθρέω, ῶ, ήσω, *video.* Heb. תור thár *eſt perluſtrare.*

ἀθρόος, α, ον, *confertus, ut in ariſtis grana: repentinus:* ab ἀθρέω.

ἀθύρω, *ludo,* ab α & θύρα.

ἄθυρμα, *ludus, delectatio.*

ἀθῷος, *impunis, innocens,* ex α & θωὴ, *mulcta.*

αἰ pro εἰ Doricè, *ſi.*

αἲ vel αἶ, *heu, hei.*

αἰάζω, ξω vel σω, *lamentor,* ab αἶ.

αἰανὸς, ή, όν, vel αἰανής, έος, ὁ, ἡ, *gravis,* ab αἰάζω.

αἰβοῖ, *hui, heu, dolentis.* Hebr. eſt אבוי αἰβοί.

αἰγανέα, ας, ἡ, vel αἰγάνεον, ου, τὸ, *iaculum, tragula:* ab αἶξ & ἵημι, ut quidam volunt.

αἴγειρος, ου, ἡ, *populus arbor.*

αἰγιαλὸς, ῦ, ὁ, *litus,* ab ἄγω, *frango,* & ἅλς, *mare.*

αἰγίθαλος, ου, ὁ, *parus.*

αἴγιθος, ου, ὁ, *avis quaedam.*

αἰγίλωψ, *herba quaedam capris grata,* ab αἶξ αἰγὸς, *(quod ...* αἰγίλωψ*) abſceſſus inter narem & maiorem angulum oculorum ex defluente pituita,* ab αἶξ & ὤψ, *quia capris eſt familiare vitium.*

αἴγλη, ης, ἡ, *fulgor,* à γλήνη.

αἰγυπιὸς, ῦ, ὁ, *vultur,* à γὺψ.

αἰγωλιὸς, ῦ, ὁ, *ulula.*

ᾅδης, vel ἀΐδης, ου, ὁ, *inviſibilis mundus, infernus & paradiſus: 2. ſepulcrum: 3. mors:* 4. Pluto: ab α & εἴδω.

αἰδὼς, όος, οῦς, ἡ, *pudor, obſervantia erga ſenes,* ab α & εἴδω.

αἰζηὸς, ῦ, ὁ, vel ἀΐζηὸς, *iuvenis, robuſtus,* ab ἀεὶ & ζάω.

αἰθὴρ, έρος, ὁ, *aether,* ab αἴθω.

αἴθρα, ας, ἡ, *aeris ſerenitas,* ab αἰθήρ.

αἴθυια, ας, ἡ, *mergus,* ab αἴθω, *quòd flammeo ſit colore.*

αἴθω, σω, κα, *uro, accendo, ardeo, fulgeo,* ab αἰεὶ, & θέω.

αἰκάλλω, λῶ, κα, *blandior,* à κάλος.

αἰκία, ας, ἡ, *verbera, verberatio,* ab ἀεικὴς, *indecens.*

αἷμα, ατος, τὸ, *ſanguis: 2. caedes: 3. conſanguinitas:* ab αἴθω.

αἱμασιὰ *ſepes, quae ſpinas habet quibus contingit animalia* αἱμάσσεσθαι, *id eſt cruentari.*

αἱμύλος, ου, ὁ, ἡ, *blandus, blanditiis decipiens.* αἱμύλλω,

μύλλω, decipio.
αἶνος, ου, apologus, aſſenſio, laus.
αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis, horrendus, ab αἰ.
αἴνυμαι, capio, ab αἱρέομαι: ut ἄγρυμαι.
αἶξ, αἰγὸς, ἡ, capra, ab ἀΐσσω.
αἰόλος, η, ον, varius, velox, ab αἰεὶ εἰλεῖσθαι. αἰόλλω, vario.
αἰονάω, ήσω, ηκα, aſpergo, ab αἰεὶ & νάω.
αἰπὺς, ύος, εῖα, ὺ, altus, ingens, difficilis, ab ἄπος, altitudo, quæ eſt ἄποθεν procul.
αἶρα, ας, ἡ, malleus, ſecuris, lolium, ab αἴρω.
αἱρέω, ήσω, ηκα, 1. capio, 2. detraho, 3. convinco, 4. damno. αἱρέομαι, ſumo, eligo, antepono, opinor, ab αἴρω.
αἴρω, ἀρῶ, ἦρκα, 1. tollo, 2 capio, 3. aſſero, 4. proficiſcor. αἴρομαι, tollo, erigo, porto, capeſſo, aggredior. Chal. ארים arim, ſuſtulit, extulit.
αἶσα, ας, ἡ, fatum, ſors, pars, officium, q. αἰεὶ ἴσα.
αἰσάλων, ὁ, accipitris ſpecies.
αἰσθάνομαι, ᾔσθομαι, ſentio, ab αἴσθω, id.
αἰσιμόω, ώσω, ωκα, inſumo, impendo, ab αἶσα.
ἀΐσσω, ξω, χα, ruo, proſilio, ex α intend. & ἴω, eo.
ἄϊσυλος, ου, ὁ, iniquus, flagitioſus, ab ἄπω, vel ἀεὶ συλᾶν.
αἴσιος, ὁ, ἡ, fauſtus, ab αἶσα.
αἰσυμνήτης, ου, ὁ, vel αἰσυμνητὴρ, ῆρος, certaminis præſes & curator, ab αἴσιον νέμειν.
αἶσχος, εος, τὸ, 1. turpitudo, 2. deformitas, 3 probrum, infamia, ab α & ἴσχω.
αἰτέω, ήσω, ηκα, peto, à τῶ, id eſt capio.
αἴτας, ου, ὁ, qui amatur libidinoſè, ab αἰτέω vel αἴω.
αἰτία, ας, ἡ, 1. cauſa, 2. culpa, crimen, ab αἰτέω.
αἰχμὴ, ῆς, ἡ, 1. cuſpis, 2. ipſa haſta, 3. bellum, ab ἀκίς.
αἶψα, ſtatim, celeriter, ab ἀΐσσω.
αἴω, audio poëticè.
αἰὼν, ῶνος, ὁ, ævum, vita, mundus, ab αἰεὶ & ὤν.
αἰωρέω, ήσω, ηκα, ſurſum tollo, ab αἴρω.
ἀκαδήμεια vel ἀκαδημία, Academia. Athenis fuit locus quidam publicus, dictus

dictus ab Academo, qui eum conſecraverat.

ἀκακαλλὶς, ίδος, ἡ, ſemen fruticis cujuſdam naſcentis in Ægypto.

ἀκαλήφη, ης, ἡ, urtica, ab α priv. καλὸς, & ἁφή.

ἄκανθα, ης, ἡ, ſpina, ab ἀκή.

ἄκαρνα, ας, ἡ, genus plantæ, ab ἀκή. Aliter ἄκορνα.

ἄκατος, ου, ὁ, genus navigii æſtuarii, & poculi, ab ἄγω.

ἀκέομαι, ἀκοῦμαι & ἀκεῦμαι, 1 medeor, 2 ſarcio, 3 expio.

ἀκὴ, ῆς, ἡ, mucro, acies.

ἀκινής, ὁ, ἡ, ον, inſectum, quod ſe vix movere poteſt, ab α & κινέω.

ἀκινάκης, ου, ὁ, acinaces, gladius Perſicus, ab ἀκή.

Ἀκκὼ, οῦς, ἡ, Acco, mulier ſtulta, ſolita ad ſpeculum cum imagine ſua confabulari, & recuſare, quæ cupiebat. Vide ἀκκίζω, ἀκκίζομαι, ſimulo recuſo, ἀκκισμὸς, ſimulata recuſatio.

ἀκμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis, 2. vigor ætatis, 3. punctum occaſionis, ab ἀκή.

ἀκόλουθος, ου, ὁ, ἡ, pediſſequus, pediſſequa, 2. congruens, ab α congreg. & κέλευθος.

ἀκόνη, ης, ἡ, cos, ab ἀκή.

ἄκορνα, ας, ἡ, vide ἄκαρνα.

ἄκορον, ου, τὸ, herba quædam, quæ [illegible] oculorum medetur.

ἀκοστὴ, ῆς, ἡ, hordeum, ab

ἄκος & ὀστέον, quia roborat oſſa.

ἀκούω, σω, κα, audio, ab ἀκή. Acutus eſt ſenſus audiendi.

ἀκρέμων, ονος, ὁ, grandis ramus, virgultum, ab ἄκρον.

ἀκριβὴς, έος, ὁ, ἡ, accuratus, 2 plenus, juſtus, ab ἄκρον & βάω.

ἀκρὶς, ίδος, ἡ, locuſta, quia ἄκρα plantarum depaſcitur.

ἀκροάομαι, ῶμαι, audio, pareo, ab ἀκή vel ἀκούω.

ἄκρος, α, ον, ſummus, extremus, ab ἀκή. Summitates acutæ eſſe ſolent.

ἀκτὴ, ῆς, ἡ, littus, 2. fruges, ab ἄγω, frango.

ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, radius, ab eadem rad.

ἄκων & ἄκους, οντος, ὁ, jaculum, ab ἀκή.

ἄκων, ἀέκων, ουσα, ον, invitus, ab α & ἑκών.

ἀλάβαστρον, ου, τὸ, vel ἀλάβαστρος, ου, ὁ, alabaſtrum, ab α & λαμβάνω, propter levorem.

ἀλαζὼν, όνος, ὁ, ἡ, jactator, ab ἀλάομαι, erro. Etymol. quaſi ab ἄλη ζῶν: alii ab α epit. & λάζομαι.

ἀλαλαγὴ,

'Ἀλαλὴ, ῆς, ἡ, *vox militum ante pugnam*, à ſono, vel λαλῶ. 'ἀλαλάζειν, *lætitiæ ſignum edere*.

'Ἀλάομαι, ήσομαι, *vagor, incertus ſum, erro*, ab ἄλη.

'Ἀλαὸς, ὰ, ὸν, *cæcus, luſcus*, ab α & λάω, video.

Ἄλγος, εος, τὸ, *dolor, calamitas*, ex 'ἀλέγω, *ſollicitus ſum*.

Ἀλδαίνω vel ἀλδήσκω, ήσω, κα, *augeo*, ab ἀλέα. Calor auget res.

'Ἀλέα, ας, vel 'ἀλεὴ ῆς ἡ, *calor, qui eſt ex ſole in loco aprico*, ab ἕλη.

'Ἀλέγω, ξω, χα, *curo*, q. valde lego, vel non cubo.

'Ἀλεὴ, *fuga*, ab 'ἀλέω.

Ἄλεισον, ου, τὸ *poculum cælatum*, ab α & λεῖος.

'Ἀλείφω, ψω, φα, *ungo*, 2. *excito, hortor*, ab α & λίπος.

'Ἀλέκτωρ, *gallus, qui cantu homines excitat, ut lectum relinquant*, ab α & λέκτρον. Eſt etiam *tibia*.

'Ἀλέξω vel 'ἀλεξέω, ήσω, κα, *arceo*, 2. *opitulor*, ab ἀλέω.

'Ἀλέω, ήσω, & έσω, κα, *molo*, 2. *vito, caveo*, 3. *con-*

grego. ἀλεωρὴ, *refugium, receptaculum*. ἄλη *error*.

Ἀληθὴς, έος, ὁ, ἡ, *verus, certus*, ab α & λήθω.

Ἄλθω, ἀλθέω, ἀλθαίνω, ήσω, *ſano*, 2. *augeo*, ab ἀλδω.

Ἀλίγκιος, ου, ὁ, *ſimilis*, ab α cong. & λίγγω.

Ἄλιξ, ικος, ὁ, *alica*.

Ἅλις, *ſatis, abundè*, 2. *confertim, coacervatim*. ἁλίζω, *congrego*. ἁλία, *cœtus hominum* ἀλιῖος, vel ἀλιεῦς, α, ον, *congregatus*.

Ἀλισγέω, ήσω, κα, *polluo*.

Ἁλίσκω, ώσω, ἥλωκα, *capio*, 2. *convinco, damno*, ab inuſit. ἅλω.

Ἄλισμα, ατος, τὸ, *aliſma*, plantæ nomen.

Ἀλιτέω, vel ἀλείτω, ήσω, κα, *pecco*, 2. *aberro*, 3. *vagor*, ab α & λιτὴ, vel ab ἀλάομαι.

Ἀλίω, ίσω, *volvo*, ab εἰλέω. Hinc & ἀλινδέω, *volvo*.

Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, *robur, vires*, 2. *auxilium*, ab ἀλέω.

Ἄλκω, inuſ. unde ἀλάλκω, *arceo*, ab 'ἀλέω.

Ἀλκιβιάδιον, *anchuſæ ſpecies*.

Ἀλλὰ, *ſed, imò, nempe*, ab ἄλλος. *Syris* אלא

el

el là, ex אך לא én la, ſi non.

ἀλλᾶς, ᾶντος, ὁ, *lucanica, botulus*, ab ἀολλάω.

ἀλλάσσω, ξω, ξα, *muto*, ab ἄλλος.

ἀλλήλων, οις, αις, ους, ας, α, *mutuò; alius alium.*

ἄλλομαι, οῦμαι, *ſalio.*

ἄλλος, η, ο, *alius, reliquus*, ex ἀλέω.

ἀλοάω, ήσω, & άσω, ξα, 1. *trituro*, 2. *comminuo.*

ἀλόη, ης, ἡ, *aloe, herba* Heb. אהלים, *quod alii tamen* ſantalum *vertunt.*

ἅλς, ἁλὸς, ἡ, *mare*, ὁ, *ſal.* Semper ἅλλος. Aliter ab ἀλίζω, *congrego.*

ἁλιεὺς, *piſcator*, ab ἅλς.

ἄλσος, εος, τὸ, *nemus*, ubi ſtirpes ἄλλονται.

ἀλύω, ος, ὁ, *lignum, cui infigitur ſtiva*, ab α & λύω.

ἀλύω, σω, *inquietus aberro*, 2. *animo concido*, 3. *angor*, 4. *ſuperbio*, 5. *in ocio vivo*, ab ἀλάω.

ἄλφιτον, ου, τὸ, farina hordeacea, quia ἀλφή.

ἀλφὸς, ου, ὁ, albus. ἀλφὸς, ὁ, ſpecies vitiliginis albæ.

ἀλφάδιον, vide ἀφάδιον.

ἄλφω, ἄψω, αἴνω, *invenio*, ab ἄλφα.

ἀλώπηξ, εκος, ἡ. *vulpes*, ab ἀλάομαι & ὤψ.

ἅλως, ω, ἡ, 1. *area*, in qua fruges ἀλίζονται. 2. circulus circa lunam, aut ſolem.

ἅμ, ex ἀμφὶ, *circa.*

ἅμα, *una, cum.* Syris עם ſem *cum.*

ἀμαιμάκετος, ο, ὁ, ἡ, *qui cum nullo eſt in prælio prompto, indomitus*, ὁ ἄγαν μαχητικός.

ἀμαλδύνω, *corrumpo*, ut molle, ab ἀμαλός.

ἀμάλθεια, ας, ἡ, capra cœleſtis, quæ Iovem lactaſſe fertur, ab α & μαλάσσω. ἀμαλθεύω, dico, nutrio.

ἄμαλλα, ης, ἡ, *manipulus*, ab ἅμα & ἀολλίζειν.

ἀμαλὸς, ῦ, ὁ, *mollis, tener, imbecillis.* Reperitur etiam ἁμαλὸς, ab ἀπαλὸς, vel à μῆλον, *ovis.*

ἀμάμαξυς, *uva quædam genus vitis arbuſtivæ.* Inde ἀμαμαξίς, ab ἀναμίξαι, h.e. ἀναμῖξαι, quia ſcandendo miſcetur alii arbori.

ἀμανίτης, ου, ὁ, *fungus*, vel *fungi ſpecies*, ab Amano monte.

ἅμαξα, ης, ἡ, *currus*, ab ἅμα & ἄγω.

ἀμάρα, ας, ἡ, *aquæ ductus*, 2. *cloaca*, ab ἅμα & ῥεῖν.

ἀμάρακος, ου, ὁ, *amaracus.*

ἀμαρτάνω,

ἀμαρτάνω, ήσω, ηκα, *pecco.* Ducunt ab α & μάρπτω. vel à מרות maróth *rebellare* Heb.

ἀμαρτῆ, *ſimul*, ut ὁμαρτῆ.

ἀμαρύσσω, ξω, χα, *ſplendeo*, à μαίρω.

ἀμαυρὸς, ῦ, ὁ, *obſcurus*, ab α & μαίρω.

ἀμάω, ήσω, ηκα, *meto*, ἀμὴ *falx meſſoria.*

ἄμβη, ης, ἡ, *ſupercilium petræ, crepido*, ab ἀναβαίνω, id eſt, *aſcendo.*

ἄμβιξ, ικος, ὁ, *olla, calix*, quia in medio vacuus, ab אבריק abiq, Arab. אבביק à בק *evacuare.*

ἀμβλὺς, ὕος, ὁ, *obtuſus*, ab אמתל *debilis* Heb.

ἄμβων *umbo, quicquid in plano eminet ac protuberat, rotundam habens figuram*, ab ἀμβαίνω.

ἀμείβω, ψω, 1. *commuto*, 2. *alterno*, 3. *ſuccedo*, 4. *prætereo.*

ἀμέλγω, ξω, χα, 1. *mulgeo*, 2. *fructus immaturos carpo*, ex ἀμέργω.

ἀμενηνὸς, ὁ, ἡ, *imbecillus, evanidus*, q. non manens, ab α & μένω.

ἀμέργω, *exſugo*, propriè ex olivis amurcam exprimo.

ἀμεύω, *vado*, *muto*, ex ἀμείβω.

ἀμης, η, & ἄμης, ὁ, *placentæ genus lacteа*, vel ab ἅμα, quòd multa in eam congererentur: ſive ab ἀμᾶν, quòd avidè diriperetur.

ἀμία, ας, ἡ, *piſcis nomen*, ab ἅμα *ire*, vel ab α & μία, quià nullæ amiæ ſolæ conſpiciuntur.

ἀμιθρεῖν pro ἀριθμεῖν, *numerare.* Heſ.

ἅμιλλα, ης, ἡ, *certamen*, ab ἅμα εἰλεῖν.

ἀμὶς, ίδος, ἡ, *matula.*

ἄμμα, ατος, τὸ, *genus* [illegible].

ἄμμιγα, *ſimul*, ab ἀνὰ & μίγνυμι.

ἄμμιον, ου, τὸ, *minium.*

ἀμνάμων [illegible], ab ἀμνὸς, propriè enim de ovibus dicitur.

ἀμνίον, ου, τὸ, 1. *membrana fœtum involvens*, 2. *vas ad excipiendũ ſanguinem*, ab αἷμα.

ἀμνὸς, ῦ, ὁ, *agnus*, ab α & νέος.

ἀμόργη, ας, ἡ, *ſimilago cum melle cocta.*

ἀμορβὸς, ῦ, ὁ, *obſcurus*, q. ἄμορφος, 2. *aſſecla*, ab ἅμα ὀρμᾶν.

ἀμὸς, ῦ, ὁ *unus, aliquis*, Doricè, pro ἡμέτερος, ab ἅμα, *nos.*

ἄμπελος, ε, ἡ, *vitis, vinea*, ab ἅμα & πελὸς, pro vino.

ἀμπρὸν,

ἀμάξιον, τό, balcium, funis, quo bobus iugatis onera trahuntur, q. ἀμάξιον, ab ἀμαξεύω, transfadiço, profero.

ἀμπυξ, υκος, ὁ, ἡ, reticulum muliebre, ab ἀμπέχω, circumdo.

ἀμυγδαλή, ῆς, ἡ, amygdalus.

ἀμυδρὸς, ἡ, ὁ, ſubobſcurus. μύδρος eſt maſſa ignita. ἀμυδρος humidus, ab α congr. & ὕδωρ.

ἀμύμων, ονος, ὁ, ἡ, inculpatus, q.d. ἀμώμητος, præclarus.

ἀμύνω, νῶ, 1. auxilior, 2. arceo, 3. ulciſcor.

ἀμύσσω, ξω, χα, rado unguibus.

ἀμφὶ, circa, ἀμφὶς, utrinque, ab ἄμφω.

ἀμφισβητέω, ήσω, κα, controverſor, dubito, ab ἀμφὶς βαίνω.

ἄμφω, ambo, ambæ.

ἄμωμον, ου, τό, amomum, frutex & aroma, ab [Hebrew] amam, i. e. columbam Arabibus. Vocatur enim ea herba pes columbinus.

ἂν coniunctio potentialis vel expletiva. Eſt etiam ἂν pro ἀνὰ poetis.

ἀνὰ, per, cum accuſativo: item cum iunctum ablat. cum accuſativo ſignifi-

cat etiam æqualem diſtributionem, interdum vocat. In compoſitione valet re, retro, ſurſum: Poetæ ἀνὰ mutant in αμ ſequente β vel π, in αγ ſequente κ vel χ.

ἀνάγαλλις, ιδος, ἡ, herba quædam, ab ἀνὰ, & γέλως exſectus. Vocatur morſus gallinæ.

ἀνάγκη, ης, ἡ, necesſitas, 2. fatum, 3. ἀνάγκαι tormenta, ab ἄναξ. Eſt etiam ἀνάγκη iudicialis clepſydra: item ἡ τῶν φερτῶν ὕδατος.

ἀνάγυρις, εως, ἡ, vel ἀνάγυρος, ου, ὁ, ἡ, frutex quidam, ab ἀνὰ & γῦρος, quia in corniculis fert ſemen coactum in gyrum, ut ſunt renes.

ἀναίνομαι, renuo, ab α & αἶνος.

ἄναξ, κτος, ὁ, rex, dominus, ab ἄνω.

ἀνάριτης, ου, ὁ, piſcis de genere concharum, ab α & ῥινή.

ἀνδάνω, placeo, neut. ab ἁδέω.

ἄνδηρον, ου, τό, aggerem, fluviorum labra, fines, humectum locum, ſulcum, ab ἄνω & δέρω.

ἀνέδην, licenter, palam, ab ἀνίημι.

ἄνεμος, ου, ὁ, ventus, ab ἄημι.

ἄνευ, abſque, ſine.

ἀνεψιός,

ἀνεψιὸς, ῦ, ὁ, *fratris aut ſororis filius*, fortè ab ἀν ἐ-πέω, vel ab ἔψια, *colloquium*, quia ἀνεψιοὶ familiares ſolent eſſe.

ἄναυος, *ſilens*, *mutus*, ab α & αὔω.

ἄνηθον, ου, τὸ, *anethum*, ab ἄνω θεῖν.

ἀνὴρ, έρος vel ἀνδρὸς, ὁ, *vir*, *fortis*, ab ἄνω αὔ-ξειν.

ἀνθέρικος, ου, ὁ, *albucum*, *caulis aſphodeli*, ab ἄνθος vel ἀνθέ-ριξ.

ἀνθέριξ. vide ἀθέριξ.

ἄνθος, εος, τὸ, *flos*, *color*, ab ἄνω θέω.

ἄνθραξ, ακος, ὁ, *carbo*.

ἀνθρήνη, ης, ἡ, *crabro*, *veſpa*.

ἄνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, *homo*, q. ἀνὰ ἀθρῶν ὦπα.

ἀνία, ας, ἡ, *triſtitia*. Heb. אברית *mæror*. ἀνιαρὸς, *moleſtus*.

ἄνισον, ου, τὸ, *aniſum*.

[illegible], ας, ἡ, *avis quædam*. Alium adverb. [illegible], ab α & [illegible].

ἀντὶ, *pro*, *contra propter*. In compoſitione ſæpe *cõparationem* ſignificat, item *viciſſitudinem* & *oppoſitionem*.

ἄντλος, ου, ὁ, 1. *ſentina*,

2. *mare*, 3. *acervus manipulorum*, ab ἀνὰ & πλέω.

ἄντρον, ου, τὸ, *antrum*.

ἄντυξ, υγος, ἡ, *ambitus*, & *circumferentia*, proprie currus. 2. *currus*. Ducamus ab ἀνὰ & πτύχω.

ἀνύω, σω, κα, *perficio*, 2. *proſum*, 3. *impleo*, 4. *conſumo*, 5. *impetro*, 6. *feſtino*, ab ἄνω.

ἄνω, *ſurſum*.

ἀνώγω, ξω, χα, *jubeo*.

ἀξίνη, ης, ἡ, *aſcia*, ab ἄγνυμι, *frango*.

ἄξιος, ου, ὁ, *dignus*, ab ἄγω, *æſtimo*.

ἄξων, ονος, *axis*, ab ἄγω, *duco*.

ἀολλὴς, έος, ὁ, ἡ, *confertus*, ab α congr. & εἰλέω.

ἄορ, ρος, τὸ, *enſis*, ab ἀείρω.

ἀορτὴ, ῆς, ἡ, 1 *arteria magna*, 2. *arca*, ab ἀείρω.

ἀορτὴρ, ῆρος, ὁ, *lorum ſeu funis*, *quo enſis*, *clypeus*, *aut pera appenditur*, ab ἀείρω vel ἀρτάω.

ἀπαλὸς, ῦ, ὁ, *tener*, *mollis*, ab ἅπτομαι.

ἅπαξ, *ſemel*, q. ἅμα, πᾶξ.

ἀπαρχία,

ἀπαργία, ας, ἡ, herba quædam ex numero τῶν ἀειφύλλων.

ἀπαρίνη, ης, ἡ, herba quædam, παρὰ τὸ ἀπαίρειν.

ἀπαρτία, ſupellex, qua ſe inſtruunt οἱ ἀπαίροντες, hoc eſt, proficiſcentes.

ἀπατάω, ήσω, ηκα, ſeduco, ab α & πάτος.

ἀπαυράω, idem, poëticè, ab ἀπατῶ, vel α & φῶ, ut ſit male dico.

ἀπειλέω, ήσω, ηκα, minitor.

ἀπείλεθρος, ὁ, ἡ, immenſus, ab α & πλέθρον.

ἀπελλαὶ, ῶν, αἱ, fanæ, conciones, ab ἀπέλλω arceo, ex ἀπὸ & εἴλλω, i. e. κατέχω, contineo.

ἄπελος, ὁ, ulcus, ab α & πελάζω.

ἀπήνη, ης, ἡ, rheda.

ἀπηνὴς, έος, ὁ, ἡ, crudelis, ab ἀπὸ & ἡνία vel αἰνίω.

ἄπιος, ου, ἡ, pirus, τὸ, pirum. Hoc alioquin ἄπιον. Dici volunt ab Apia regione.

ἄπιος, ὁ, longinquus, ab ἀπό.

ἁπλόος, οῦς, ὁ, ſimplex, ab α & πέλω.

ἀπὸ, ab.

ἀποκαραδοκία, expectatio

cum deſiderio, ab ἀπὸ, κάρα, & δοκέω.

ἄπος, εος, τὸ, labor: item defatigatio, ab ἀπό.

ἀπρὶξ, tenaciter, ut, velut ſerrâ diſcari nequeat, ab α & πρίω.

ἀπτὴν, ῆνος, ὁ, ἡ, involucris, implumis, ab α & πέτομαι.

ἅπτω, ψω, φα, necto, & accendo. ἅπτομαι, tango, increpo.

ἀπύω, ύσω, υκα, ſono, ab אף aph facies.

ἀπφῦς, pater, ab אבא abba, id eſt, pater Syr. vel ἀπφύω.

ἄρα, utique, nempe, igitur, ſæpe vacat.

ἆρα, an, utrùm?

ἀρὰ, ᾶς, ἡ, preces, diræ, noxa. ἀράομαι, precor. אר maledixit Heb.

ἄραβος, ου, ὁ, ſtrepitus armorum aut dentium, ab ἀράσσω, pulſo.

ἄραδος, ου, ὁ, cordis pulſus poſt vehemens exercitium, ab ἀράσσω, pulſo.

ἀραιὸς, ᾶ, ὁ, rarus, anguſtus, imbecillus.

ἄρακος, ου, ὁ, leguminis ſpecies.

ἀράκιον, ου, τὸ, arvenſium ſativi ſpecies quædam.

ἀράσσω,

ἀράσσω, ξω, amputo, pulſo.
ἀράχιδνα, ης, ἡ, planta quædam.
ἀράχνης, ου, ὁ, araneus, παρὰ τὸ ἀραιὰ ἔχειν ὄχειν.
ἄρβηλος, ου, ὁ, ſcalprum, culter ſutorius.
ἀρβύλη, ης, ἡ, genus ſoleæ.
ἀργᾶς, ᾶντος, ὁ, genus ſerpentis.
ἄργιλος, ου, ἡ, argilla, terra alba & pura, ab ἀργός.
ἀργὸς, οῦ, ὁ, albus.
ἀργὸς pro ἀεργὸς, piger, malus, ab α & ἔργον.
ἄργυρος, ου, ὁ, argentum, ab ἀργὸς, quia album.
ἀργύφος, ὁ, ἡ, alba textura conſtans, ab ἀργὸς & ὑφή.
ἄρδην, adv. funditus, ab αἴρω.
ἄρδις, ιος, ἡ, cuſpis teli.
ἀρδεύω, εύσω, 1. irrigo, 2. potum præbeo.
ἀρείων, ἀρειότερος, melior, ἄριστος, optimus, ab ἄρης vel ἄρω.
ἀρέσκω, έσω, 1. placo, 2. placeo: ἄρω, congruo.
ἀρετὴ, ἡ, virtus, ab ἀρέσκω.
ἀρήγω, ξω, χα, auxilior, propriè in bello, ab ἄρης.

ἄρης, εος, ὁ, 1. Mars, 2. prælium, 3. vulnus, 4. ferrum, ab αἴρω, tollo.
ἄρθρον, τὸ, artus, articulus, ab ἄρω.
ἄρι, valdè, ab ἀρείων.
ἀριθμὸς, ὁ, numerus, ab ἄρω.
ἀριοβαρζάνιος, ὁ, emplaſtri genus, ab Ariobarzane.
ἀρὶς, ίδος, ἡ, fabrile inſtrumentum, item herba.
ἀριστερὸς, ὁ, ſiniſter, infauſtus, ab ἄριστος per euphemiſmum.
ἄριστον, τὸ, prandium. Volunt dici quaſi ἀόριστον, quòd tempus ei non eſſet definitum.
ἄρκευθος, ἡ, juniperus, παρὰ τὸ τὰς ἀρὰς κεύθειν, id eſt, quòd maledictionem occultet. Eius odorem ſcilicet omnia reptilia averſantur.
ἀρκέω, έσω, 1. propulſo, 2. auxilior, 3. ſufficio. Affine eſt verbo ἀρήγω.
ἄρκτος, ὁ, ἡ, urſus, urſa, 2. pars orbis ſeptentrionalis. Etymologus vult dici, quòd urſus ſibi hyeme ſufficiat, ſine congeſto cibo, ab ἀρκέω.
ἄρκυς, υος, ἡ, rete, ab ἀρκέω, propulſo.

ἅρμα,

ἅρμα, ατος, τὸ, *currus, quadrigæ*. De equis dicitur propriè, ab αἴρω, *fero*.

ἀρνέομαι, ήσομαι, *recuſo, 2. nego*, ab αἴρω, *tollo*.

ἄρνυμαι, *capio, conſequor*, ab αἴρειν *auferre*.

ἄρον, τὸ, *dracunculi genus, arum*.

ἀρόω, ώσω, *aro*, ab ἔρα, terra. *Propius Chald.* ארע *terra*.

ἁρπάζω, σω, (Doricè ξω) ξα. *rapio*.

ἀῤῥαβὼν, ῶνος, ὁ, *arrhabo, pignus*. Hebræa vox, ערבון à ערב ſpondere.

ἄῤῥην vel ἄρσην, ὁ, ἡ, *mas vel maſculus, 2 ſtrenuus*, ab αἴρω.

ἀῤῥιχᾶσθαι, manibus & pedibus ſurſum tendere, ab ἄῤῥιχος.

ἄῤῥιχος, ἄρριχος, vel ἄρσιχος, i. e. cophinus, capſula, fiſcina ficorum.

ἄρς, ἀρνὸς, ὁ, ἡ, *agnus*.

ἀρτάβη, ἡ, menſura Perſica: *Atticus medimnus & tres chœnices*.

ἄρταμος, ὁ, *lanius, coquus, interſector*, παρὰ τὸ εἰς ἄρτια τέμνειν.

ἀρτάω, ήσω, *appendo, ſuſpendo*, ab αἴρω.

ἀρτεμὴς, έος, ὁ, ἡ, *integer*,

incolumis, ab ἄρτιος.

ἀρτέμων, ονος, ὁ, *velum navis maius*, ab ἀρτάω.

ἀρτέομαι, *apparo, paro*, ab ἄρω.

ἀρτηρία, ας, ἡ, *arteria, ſpiritus ſemita ſeu receptaculum*, παρὰ τὸ ἀέρα τηρεῖν.

ἄρτι, *modò, nuper*, ab ἄρω, in quibuſdam compoſitis ſignificat perfectionem, ex ἄρτιος.

ἄρτιος, ὁ, par, perfectus, ab ἄρω. ἀρτιάζω, *ludo par impar*.

ἄρτος, ὁ, *panis*; quia crebrò αἴρεται, i. e. ſumitur ſeu editur: unde & προσφόρημα, cibus, qui exhibetur, à προσφέρω.

ἀρτύω, (& ἀρτύνω, interjecto ν) σω, κα, *apparo, inſtruo, 2. condio*, ab ἄρω.

ἀρύω, & ἀρύτω, ύσω, κα, *haurio, ex profundo traho*, ex αἴρω.

ἀρχὴ, 1. *principium*, 2. *principatus*. ἄρχω, *incipio, impero*. A principio fit propagatio in ſequentia. ארך eſt *prolongati*.

ἄρω, fut. Æol. ἀρσῶ, pro ἀρῶ,

ἀρῶ, aptiſſ. a. congruo.
ἄρωμα, ατος, τὸ, aroma, odoramentum. ab ἄρω.
ἀρωνία, ας, ἡ, meſpilus arbor.
ἀσάμινθος, ὁ, ſolium balneatorium, pelvis, παρὰ τὸ ἄσιν μινύθειν quia in ea ſordes minuuntur. Eſt etiam poculum quoddam.
ἄσαρον τὸ, nardus ſylveſtris.
ἀσβόλη & ἄσβολος, ἡ, fuligo, ab ἄσις & βάλλω.
μαγὶς, *vas ſubigendæ farinæ, lanx*, à μάσσω.

μάγνης, ητος, ὁ, *magnes, & jactus aleæ.*

μάγος, ὁ, Perſica vox *ſapiens, præſtigiator* מגוש magush ſcribunt.

μαγύδαρις, *magudaris*, radix quædam.

μαδὸς, *levis, glaber, depilis.* Hinc μαδαρὸς, *calvus*, μαδάω, *depilem reddo*: Affertur etiam pro *madeo*. Sed id ſcribendum μυδάω.

μάζα, ἡ, *maza, farina ſubacta*,

άσσω, à μαίω, vel μαιμάομαι.

μαζὸς, ὁ, mamma, nutrix, à μάσσω.

μάθυια, mala, Heſ. à μάσσω.

μαῖα, obſtetrix, avia, à μάω.

Μαίανδρος, ὁ, Mæander, Phrygiæ fluvius, flexus.

μαιμάω, vehementer cupio, à μάω.

μαίομαι, cupio, ex μάω.

μαίνομαι, μαινοῦμαι, furo, inſanio.

μαίρω, luceo, Heb מראה marëeh, viſus, ſpeculum.

μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, τὸ, felix, מיקר mejakkár, precioſus, honoratus, Chald.

μακέλλα, ligo, à μέγα, & κέλλω.

μάκιρ, macer, cortex quidam.

μακκοάω, deſipere, fatuè & ſtultè ſe gerere, q. μὴ νοεῖν.

μακρὸς, longus, à μῆκος.

μακρὸν, in longitudinem extenſus, à μῆκος.

μάλα, valde.

μαλάσσω, ξω, mollio, à μαλακός.

μάλη, ἡ, ala, axilla.

μάλθα, ἡ, cera emollita, à μαλθάσσω.

μάλις, & τὸ, morbus jumentorum.

μάλκη, manuum pedumve contractio, & ſtupor ex frigore.

μαλλὸς, ὁ, vellus, lana promiſſa, à μᾶλλον.

μαλὸς, tener, mollis, à μαλακὸς, vel ἀμαλὸς.

μαιμακυθὶ, vel μαμμακυθὶ, medicamentum quoddam.

μάμμα, μάμμη, μαμμαία, mater, avia, voces infantium, ab אם ém, mater, Hebr.

μαμμία, vox eſt pueruli ſignificans panem apud Ariſtoph.

μανδάκα, corium, pellis.

μανδαλωτὸν, τὸ, oſculi genus quoddam.

μάνδρα, ας, ἡ, ſtabulum, caula.

μανδραγόρας, ου, ὁ, planta quædam, mandragora.

μανθάνω, f. μαθήσομαι, p. μεμάθηκα, q. à μαθέω, diſco, ex μᾶτις.

μάννα, manna, quia quærebant, mân hû, quid hoc? Hebr. Exod. 16. 15. vel à מנה minnâh præparare Hebr. quia cibus erat Iſraëlitis à Deo præparatus. Hodiernis Græcis μάννα eſt mater.

μάνος, ὁ, ornamentum colli, vel manuum armilla.

μανὸς, rarus, laxus.

μάντις, εως, ὁ, vates, ariolus, à μαίνομαι.

μάραγδος, ὁ, vel σμάραγδος, ſmaragdus, à μαίρω.

μαράγνα, flagellum, ſcutica.

μάραθρον, *fœniculum*, à μαίρω.

μαραίνω, *marceſcere facio, exedo.* מרע meráng, *ægrotare*, Chald.

μάργαρον, τὸ, *unio, margarita*, à μαίρω.

μάργος, ε, ὁ, *inſanus, vecors, petulans*, ab ἀργὸν.

μάρη, ἡ, vel pluraliter μάρπαι, antiqua voce, *manus*, quibus dividimus & componimus, à μαίρω.

μαριανδυνοὶ, *mancipia*, à gente ſubacta.

μαρίλη, vel λη, *favillæ, pulvis carbonum*, à μαίρω.

μάρις, εως, ὁ, *menſura quædam congiorum ſex capax.*

μαρμαίρω, ſ. αρῶ, *rutilo, reſplendeo*, à μαίρω.

μάρναμαι, *pugno*, à μάρη.

μάρπτω, ψω, *capio, prehendo*, q. μάρη ἅπτομαι.

μάρσιπος, & μάρσυππος, ὁ, *marſupium, crumena.*

μάρτυς, υρος, ὁ, ἡ, *teſtis, martyr*, à μαίρω, vel εἴρω.

μασάομαι, & μασσάομαι, *manduco, mando, comedo*, à μάσσω.

μάσθλη, ης, ἡ, & μάσθλης, ητος, ὁ, *lorum emollitum, pellis, habena*, à μάσσω.

μάσπετα, τὰ, *prima folia ſilphii.*

μάσσω, 1. *pinſo*, 2. *abſtergo*, 3. *tango.*

μαστεύω, σω, *quæro, indago*, à μάω.

μάστιξ, ιγος, ἡ, *flagrum, ſcutica*, à μάσσω.

μαστίχη, ἡ, *maſtiche.*

μαστροπὸς, vel μαστρωπὸς, ὁ, ἡ, *leno, lena*, q. μαστρὸς ὦπα habens blandiendo.

μασχάλη, *axilla, ala, armus.*

μάτιν, *menſuræ genus.*

μάτην, *fruſtra, temerè.* מט mat, Heb. *n. ſaro*, ματία, *vanitas.*

μάτιον, id eſt, μικρὸν, Suidæ. Item *menſuræ ſpecies.*

μάτος, *inquiſitio*, Hipp.

ματρύλλη, *lena, quæ ſe matrem fingit*, à μήτηρ.

ματταβος *ſ...um*, à ματτύω. Bœot.

ματτύα, vel ματτύη, ἡ, *lautitia*, à μάσσω Heſychio etiam ματτύαι ſunt γυναῖκες.

μαυλίας, ὁ, id eſt, μάχαιρα.

μάχαιρα, *gladius*, à μάχεσθαι.

μάχλος, ὁ, ἡ, *incontinens, laſcivus*, à μάω & χλίω.

μάχομαι, *pugno*, מחה machá, *percutere*, Hebr.

μάψ, *fruſtra, incaſſum*, à μάτην, aut decurtatum ex μαψίδιον.

μάω, *quæro, vehementer cupio.*

capio. Ut quæro à quis, ita μαίω à מה mah, id eſt, quid Hebr.

μεγαίρω, invideo, curo, reſpecto, orbo, à μέγα, magna ſunt invidioſa.

μέγαρον, ædificium magnũ à μέγα, vel μεγαίρω.

μέγας, magnus, vehemens, à μὴ, & γῆ, quod non humile.

μέδιμνος, ὁ, medimnus, menſura Attica.

μέδω, 1. imperium teneo, 2. curo.

μέζεα, genitalia, à μέδων.

μέθυ, τὸ, vinum: quia μεθίησι, i. e. μεθυμόνας remiſſos facit. Sic χάλιξ, à χαλάω. μέθη, ebrietas.

μειδιάω, vel άω, fut. ίσω, ſubrideo, à μειόω.

μειλίσσω, ξω, mellitum reddo, blandis verbis demulceo, à μέλι.

μεῖραξ, ακος, ὁ, ἡ, puer, puella, ab εἴρω, loquor.

μείρω, vel ομαι, divido, ſortior, privor.

μεὶς, menſis, à μήνη.

μείων, ονος, ὁ, ἡ, minor, comparat. à μικρός. Sumitur à μινυός.

μελάθρον, τὸ, domus, media

tecti trabs, à μελαίνω.

μέλας, ανος, niger, à μὴ, & λάω. μελαίνω, denigro.

μέλδω, prop. membra edo, q. μέλη ἔδω, liquefacio, conſumo, macero, coquo.

μελεαγρίδες, gallinæ quædam Africanæ.

μελεδαίνω, curo, deſidero, à μέλος.

μέλεθρον, τὸ, ſtrica, funis, quo membra ligantur, à μέλος, membrum.

μέλει, curæ eſt, placet.

μέλεος, ὁ, vanus, ſtultus, infelix, à μέλας, vel μὴ λάω, i. e. ἰδεῖν.

μελέτη, cura, à μέλος.

μέλι, ιτος, τὸ, mel.

μελία, fraxinus, haſta.

μελίνη, panicum.

μέλισσα, vel ιττα, ἡ, apis, à μέλι.

μέλλω, ήσω, futurus ſum, debeo, cunctor, tardo, differo.

μέλος, εος, τὸ, membrum, carmen lyricum.

μέλπω, canto, cantu celebro, q. μέλος ἕπω.

μέμνων, aſinus. μέμνονες, aves quædam.

μέμφομαι, conqueror, expoſtulo, accuſo, à μῶμος.

μὲν, quidem, à μόνον.

μένδης, hircus, caper: Pan capripes.

μένος, εος, τὸ, *animus, ardor animi, robur, ira*, à μένω.

μένω, *maneo, exſpecto*.

μερίζω, *privo, intueor*, à μείρω.

μέριμνα, *cura, ſolicitudo*, quia μερίζει, id eſt μερίζει νοῦν.

μερμαίρω, & μερμηρίζω, *curo, anxiè cogito*.

μέρμις, ιθος, ὁ, ἡ, *funiculus, filum*, ab εἴρω, *necto*.

μέροψ, *homo*, à μείρω, & ὄψ, *vox*.

μέσαβον, *medium lignum inter boves*, à μέσος & βοῦς.

μεσεντέριον, *meſenterium*, à μέσον, & ἔντερον, quia in medio inteſtinorum tenuium eſt poſitum.

μέσος, *medius*. מצע meczá, *partiri*, Chald.

μεσπίλη, ἡ, *meſpilus arbor*, ον, τὸ, *fructus*.

μεστὸς, *plenus, refertus*.

μέσφα, pro μέχρι, *donec*, poët.

μετὰ, cum genitivo eſt *cum, unà cum*; cum accuſativo *poſt, ſecundùm, in, propter, adverſus*. Poëticè cum ablativo eſt *cum, inter, per*.

μετὰ ſine caſu apud Poëtas eſt, *poſtea, deinde*. [illegible]um eſt μετὰ, uſurpare pro μετ. In compoſitione μετ ſignificat *mutationem*, ut μεταβάλλω. Interdum ocioſum eſt & tantùm elegantiam voci addit.

μέτα, retracto accentu eſt eſt μέτεστι, *ſimul eſt*.

μεταγειτνιὼν, *menſis ſecundus Athenienſium, in quo Apollini μεταγειτνίῳ ſacrificabant*. Is autem ſic vocatur.

μέταλλον, *metallum, fodina*, à μετ & ἄλλα.

μεταμέλει@, *varius*, quaſi μεταμελείας ἄξιος.

μέταξα, ης, ἡ, *ſericum*.

μεταξὺ, *inter*, cum genitivo: etiam cum participiis; ut μεταξὺ λουόμενος *dum lavaretur*. Abſolutè μεταξὺ eſt *interjectum eſſe* à μετ.

μετέωρος, ὁ, ἡ, *ſublimis, editus, erectus, intentus, ſuſpenſus, elatus*, à μετ & ἀείρω.

μέτρον, *menſura, modus*. מדד mád, *metiri*, μετρέω, *metior*. Hinc μετρητὴς, *menſor*, item *metreta, cadus*, ſeu *amphora Attica, continens librales menſuras* 108.

μέχρι, μέχρις, *uſque, tenus, quouſque*, ab ἄχρι.

μὴ, *ne, non, niſi, numquid*.

μηδὲν,

μῆδος, ους, τὸ, *cura, conſilium*, à *μάω*.
Μῆδος, ὁ, *Medus*.
μάθω, inuſit. *diſco*, à *μῆτις*, vel μῆδος.
μηκάομαι, *balo*, prop. caprarum, à ſono.
μῆκος, ους, τὸ, *longitudo, prolixitas*.
μήκων, ωνος, ἡ, *papaver*, fortè à capitis *μήκει*.
μηλέα, ας, ἡ, *malus arbor*, *μῆλον, pomum*, item *pecus*.
μήλη, *ſpecillum, inſtrumentum chirurgicum quoddam*.
Μῆλος, ου, ἡ, *Melus inſula*.
μὴν, *tamen, quidem*, aliis particulis jungitur, à *μένω*.
μὴν, μηνὸς, ὁ, *menſis*, à *μήνη*.
μήνη, *luna*, à *μειοῦν*, quia minui ſolet, vel à מנה manah *numeravit*.
μῆνιγξ, γγος, ἡ, *membrana, maximè quæ cerebrum ambit*, à *μηνύω*, vel *μῆνος*.
μῆνις, ιος, ἡ, *ira permanens*, à *μένω*.
μηνύω, ύσω, *indico, ſignifico, nuncio*, à מן mán, *quid*, Chald.

μήρινθος, ἡ, *funiculus*, ut *μέρμις*.
μηρὸς, ὁ, *femur, coxa*, à *μείρω*.
μηρυκάω, *rumino*, à *μηρύω*.
μηρύω, *revolvo, glomero*.
μήτηρ, τέρος, τρὸς, ἡ, *mater*, ab אם ém, Hebr. *mater*, vel à *μάω*.
μῆτις, ιδος, ἡ, *conſilium, ſapientia*, à *μῆδος*.
μηχανὴ, ῆς, *artificium, machina, fabrica*, à *μῆχος*.
μῆχος, *artificium*.
μία, *una*, in maſc. εἷς, tanquam à *μίος*.
μιαίνω, *inquino, conſpurco*.
μιγνύω, & υμι, f. *μίξω, miſceo, permiſceo*, à *μίσγω*.
Μίδας, *Midas: jactus quidam teſſerarius, beſtiola in faba*.
μικρὸς, & Attic. σμικρὸς, *parvus*.
μιλιγόδες, *inſtrumentum quoddam artis plaſticæ*.
μίλτος, ἡ, *minium*.
μίλφαι, μιλφώσεις, *defluvium pilorum palpebræ*.
μιμαίκυλον, *fructus arbuti*.
μίμαρκυς, *farciminis genus*.
μιμέομαι, ήσομαι, *imitor*.
μὶν, *ipſum, ipſam, ipſa, ipſas*. Aliquando ejus.
μίνθα, μίνθη, *1 mentha, 2 ſtercus*.
μινυὸς, *parvus*.
μινυρίζομαι, *querula voce loquor*, à *μινυός*.

μίσγω, idem quod μι-γνύω. Heb. מסך ma-ſach, miſceo.

μισθὸς, ὁ, merces, præmium laborum. משארת maſſeth, donum, Hebr.

μίσκαι, fruſta & rejectamenta cancrorum, quæ everri ſolent.

μισητὸς, ὁ, τὸ, odioſus, à μῖ-σος.

μισύλλω, in minutas partes ſeco, à μεῖον.

μίσυ, miſy, ſuccus in metallo concretus.

μίσχος, ὁ, pediculus, quo fructus & folia plantæ appendantur.

μίτος, ὁ, filum, licium, quod ſtamini implicatur, à μεῖον, quia tenue.

μίτυλος, & μύτιλος, mutilus, cornibus carens.

μίτυς, υος, ἡ, purgamentum ceræ, vox rei apiariæ.

μίτρα, ἡ, cincinus, cingulum, balteus, faſcia capitis, à μίτος.

μνᾶ, mina, varii ponderis apud diverſos, à מנה maneh, mina, Heb.

μναόμαι, μιμνήσκομαι, memoro, recordor, affecto, paſſiv. à μνάω.

μνασίον, menſura quædam duorum medimnorum.

μνάω, meminiſſe facio, in memoriam revoco, à μ[illegible]ος.

μνίον, muſcus, alga.

μνίω, vel μύω, edo, Heſych.

μνοῦς, prima lanugo, [illegible], à μνίον.

μογγὸς, qui obtuſa eſt voce, q. μόνον γνῶν.

μογέομαι, pro μοχθέομαι poët.

μόγος, ὁ, labor, ærumna, poët. μόγις, vix, cum labore & vi.

μόδιος, ὁ, modius, à Latino modius, quod eſt à מדד madad, menſi.

μόθαξ, ακος, verna, à μόθος, μόθων, idem.

μόθος, labor, pugna, tumultus, ab [illegible] θεῖν.

μοιμυάω, & μοιμύλλειν, contrahere labia.

μοιχὸς, mœchus, adulter, à μὴ & ἔοικε, i. e. decet, vel à μιᾷ & οἶκος.

μολγὸς, bulga, ſaccus coriaceus.

μολέω, μολῶ, venio, vado, curro.

μόλιβδος, vel μόλυβδος, ὁ, plumbum, à μολεῖν εἰς βάθος.

μολοβρὸς, vorax, guloſus, à μολῶ & βορά.

μολόθουρος, molothurus herba.

μόλος, labor, pugna ſ. contra μόλις, vix.

μολοσσὸς, moloſſus pes metricus.

μολύνω, polluo, contamino, à μόλος.

μόνος, ſolus, à μένω.

μοριά,

μορέα, ας, ἡ, *morus arbor.*

μόρμορον, *terriſicum*, Heſ. Ducamus à μορμώ.

μορμύρω, *murmuro, ſtrido,* à μύρω.

μορμὼ, οῦς, ἡ, *mulier horrenda, & monſtroſa facie, ut ſtrix, larva, terriculum,* à μόρμω. Eſt etiam μορμὼ adverbium p r o g e d.

μόρος, portio, *fatum*, mors à μείρω.

μόροχθος, ὁ, *morochum, lapis ad veſtes dealbandas,*

μορύσσω, ξω, *inquino, fœdo, miſceo,* à μόρος.

μορφὴ, *forma, ſpecies,* à μαί-ρω & φάος.

μορφνὸς, *obſcurus*, ab ὄρφνη.

μόσσυν, υνος, ὁ, *turris, propugnaculum.*

μόσχος, ὁ, ἡ, *vitulus, ramus tener, muſcus.*

μοτὸς, ὁ, *linteum quod vulneribus inditur.* Etiam μοτὸν, à μίτος.

μουνυχία, ἡ, *portus Athenienſium.*

μοῦσα, ἡ, *muſa, cantus,* à μῶ-σαι, ex μάω, vel à μύω.

μόχθος, *labor, moleſtia,* à μόγος.

μοχλὸς, *vectis*, idem quod ὀχλεύς.

μῦ, *flebilis vocula.*

μυσάζομαι, *averſor, abhorreo, q. claudendo oculos,* à μύω.

μυδάω, f. ήσω, *nimio madore & fuligine vitior, putreſco,* à מי די *aquæ ſufficientiæ,* i. e. *uberis.*

μυδρίασις, εως, ἡ, *vitium oculi, quo acies hebeſcit.* Ducamus à μυδάω, *nimio humore vitiari.*

μύδρος, ὁ, *ferrum ignitum,* q. μὴ ὕδωρ.

μυδῶν, *caro fungoſa in ulcere,* à μυδᾶν.

μυελὸς, ὁ, *medulla,* מוח moáh eſt *medulla*, Heb.

μυέω, ήσω, *inſtituo in ſacris, initio, arcana,* q. *clauſa, doceo,* à μύω.

μύζω, *clauſis labris ſonum è naribus emitto,* ut, eſt gementium, à ſono μῦ.

μῦθος, *verbum, oratio, colloquium, fabula, conſilium, ſeditio, factio.* Ducamus à μυέω.

μυῖα, ας, ἡ, *muſca*, à μύζω.

μυκάω, ῶ, *mugio*, propriè *boum*, à ſono μῦ.

μύκης, ητος, & ου, ὁ, *fungus.*

μύκλαι, & αι, *ſtriæ nigræ & rugæ in collo aſini.*

μυκτὴρ, ῆρος, ὁ, *naris, naſus, proboſcis,* à μύζω, vel μύσσω.

μύλη, ἡ, *mola*, à μύλλειν ἀ-λοᾶν.

μυλλὰς, άδος, ἡ, *meretrix*, à μύλλω,

à μύλλω, quod obſcœnum, ut permolo.

μυλλὸς, ȣ̃, ὁ, tortuoſus, piſcis quidam.

μύζω, ore aliquid ſignifico, & velut innuo. Hebr. מלל millel, eſt loqui. Eſt etiam contrahere labia, à μύω.

μύζω, aliud, ὅθεν μύξωτε [illegible] μυξῆς, à μύξα.

μυάομαι, prætexo, prætendo, à μύω, μυῶν, prætextum.

μύξα, ης, ἡ, mucus, mucor, à μύσσω.

μυρίκη, myrica.

μυρίος, infinitus. μύριοι, decies mille, à μείρω.

μύρμος, ȣ, ὁ, & μύρμηξ, ηκος, ὁ, formica, à μυρμηκίζω, vel à μυρίος. Vide μύρμηξ.

μύρον, τὸ, unguentum, à μύρω, fluo.

μύρος, vel μύραινος, ὁ, muræna piſcis. μύραινα, muræna, fœmininum ex illo maſc.

μύρτος, ȣ, myrtus.

μύρω, fluo, ſtillo, fundo. μύρομαι, fleo, ploro. מר gutta, Hebr.

μῦς, μυὸς, ὁ, mus.

μύσος, ȣ, τὸ, ſcelus, facinus. μυσαρὸς, ȣ̃, ὁ, deteſtandus, abominandus,

à μύσαι, vel μυσῆν.

μύσσω, emungo: in uſu ſunt compoſita. משה maſchá, extrahere, Hebr.

μύσταξ, myſtax, ſuperius labrum, & in eo nati pili, à μύσσω.

μυστίλη, buccea panis excavata, qua pulmentum aut jus hauritur.

μύστρον, cochlear.

μυσσωτὸν, idem quod μυττωτὸν.

μύτις, ιδος, ἡ, naſus, peculiariter de marinis piſcibus.

μυτὸς, mutus, quod & μύτης, à μύω.

μύττω, idem quod μύσσω.

μυττωτὸν, edulium quoddam ex acribus condimentis, alliatum. Eſt etiam μυττωτὸς, inde μυττωτεύω, acribus condimentis imbuo.

μυχὸς, ὁ, penetrale, intimus locus, ſinus, à μύω & χέω, capio.

μύω, claudo, occludo labia, prop. conniveo oculis.

μωκὸς, ὁ, fatuus, irriſor: item ſannas, à μύω.

μῶλος, bellum, pugna, tumultus, à μωλύω.

μῶλυ, moly herba.

μώλυζα, caput allii.

μώλυς,

μώλυς μώλυξ, *imbecillis, ignavus, indoctus*, à μόλις. ἀμβλύνω, *hebeto*.

μώλωψ, ωπος, ὁ, *vibex, verberum veſtigium*, à μῶλος, & ὤψ.

Μῶμος, ου, ὁ, *dedecus, probrum, inſania*; *Deus quidam fictitius, reliquorum irriſor: qui alios ridet*.

Hebr. מוּם múm, *macula*.

μώνυξ, pro μονώνυξ, *ſolidas ungulas habens*, à μόνος & ὄνυξ.

μῶν, *num, numquid?* מַן man, *quid*, Chald. Aliter à μῶσθαι, quærere.

μωρὸς, & ὸς, ὁ, *ſtultus*, à μὴ & ὁρᾷν.

N

N νῦ *eſt litera* xiii. ex Hebræo *nun*. quæ vox *filium* ſignificat. In Dorica dialecto interdum ν eſt pro λ. *In numeris eſt quinquaginta*, ut נ Hebræis & L. Latinis, ſimilis naturæ literæ; quia ν & λ commutantur, ut *lympha* ex νύμφη.

νάβλα, ναῦλα, ναῦλον, *nablium, inſtrumentum muſicum*. Hebræum נֵבֶל nébel *eſt nablum ucr*.

ναὶ, *næ, utique*, adverb. aſſentientis, obſecrantis, obteſtantis, à נָא ná, *nunc*.

ναῖρον, *odoramentum quoddam*.

ναίω, *habito, fluo*. Heb. נוה naváh, *habitare*.

νάκος, εος, τὸ, *pellis cum ſuo villo*.

νᾶμα, *fluentū, latex*, à νάω.

ναίνη, *patris matriſq; ſoror*.

νάνος, *pumilio*, à νὴ & ἄνω.

ναὸς, & νεὼς, ὁ, *templum*, à ναίω, *adeo*; ut *ædes* ab *adeo*: vel à ναίω, *habito*.

νάπος, εος, τὸ, *ſaltus, clivus montis*, fortè à νὴ & αἰπύς.

νάπυ, υος, τὸ, *ſinapi*. Att.

νάρδος, ἡ, *nardus*. Hebr. à נֵרְדְּ nérd.

νάρθηξ, ηκος, ὁ, *arbor quædā, ferula, bacillus*, à ναρκᾶν.

ναρκάφθον, *narcaphthum*, odoramentum quoddam.

νάρκη,

νάρκη, torpor, torpedo, piſcis quidam, à νε & ἀρχῇ.
ναρὸς, humidus, à νάω, fluo. Vide νηρὸς.
νάρπυλος, vas quoddam.
νάρτο, νάρτα, planta odorata.
νάσσω, σω, & ξω, æquo, complano, premo, farcio.
ναστὸς, confertus, denſus, Ducamus à νάω, fluo.
ναῦς, ναὸς, & νεὼς, vel νῆος, νεὸς, navis, à νάω, fluo. Heſych. etiam habet ναίειν pro fluere.
ναύτης, nauta, à ναῦς.
ναυτία, nauſea, à ναῦς.
νάφθα ἡ, naphtha, bitumen olei lentore. Heb. נפט nóphath, eſt diſtillatio.
ναίω, habito, uſitat. in aoriſt. à νάω.
νάω, fluo, ſcaturio, à νέω.
νε, in compoſitione negat.
νεανίσκος, ὁ, juvenis, aliquando miles.
νέατος, noviſſimus, ultimus, à νέος.
νεβρὸς, hinnulus, pullus cervi, à νέα βορᾷ, vel à νε & βαρὺς.
νέηλυς, ὁ ἡ, qui nuper advenit, à νέον & ἐλεύθω.
νεῖκος, εος, τὸ, rixa, jurgium, bellum, à νε & εἴκειν.
νειὸς, novalis, à νέος.

νεκρὸς, mortuus, vel cadaver ipſum, à νέκυς.
νέκταρ, τὸ, nectar, à νε & κτεῖνω occido.
νεκύδαλος, necydalus, vermis quidam.
νέκυς, mortuus, à νε & κίω. Chald. tamen נכס necas eſt mactare & נכא neca percutere.
νέμος, τὸ, locus arboribus denſus, à νέμω, paſco.
νεμεσάω, indignor juſta de cauſa, cupiens ſuum cuique νέμειν.
νέμω, 1. tribuo, diſtribuo, 2. poſſideo, habeo, 3. colo, 4. paſco, 5. rego, adminiſtro.
νενίηλος, cæcus, attonitus, vecors, à [illegible].
νέννος, ὁ, patruus.
νεννὸς, ἡ, ὸν, ſtolidus, à νε & νόος, vel à נין nin, puer, infans.
νέος, ὁ, 1 novus, 2. juvenis, adoleſcens, à νῦν, nunc.
νεοσσὸς, Attic. νεοττὸς, pullus, recens à partu, avicula, vitellus, vel luteum ovi, à νέος.
νέπας, 1. pedibus carens, 2. piſcis 3. nepos, à νε & ποὺς.
νέρθε & νέρθεν, ſubter, infra, q. ἐν ἔρᾳ. νέρτερος, inferior.
νεῦρον, nervus, robur, à νεύω,

νεύω. Nam eſt inſtrumentum inclinationis.

νεύω, 1. annuo, 2. promitto, 3. vergo, propendeo, 4. oculos triſtes in terram dejicio. נוע náh, nuto, Heb.

νέφος, εος, τὸ, 1. nubes, 2. nebula, 3. nubes ſtan-tis, 4. magna & conferta multitudo. Chald. עננא neebá, nubes. Affinius eſt נוף nóph, ſtillare.

νεφρὸς, ὁ, ren, à νέω, no, fluo, & φέρω.

νέομαι, redeo, à νέω.

νέω, ἥσω, 1. eo, venio. 2. neo, glomero, acervo, 3. no, à נוע nah, moveri, Hebr.

νὴ, adverb. affirmantis, à ναὶ, ut νὴ Δία per Iovem. In compoſit. negat, ut νή. Aliquando vim augendi habet: ut in νηγρετος, νήχυτος.

νηγάτεος, ὁ, ἡ, nuperfactus, à νέον & γάω.

νήγρετος, ex quo quis excitari nequit, à νή, & ἐγείρω.

νήδυμος, ſuavis, à νὴ epitatico & ἡδύς.

νηδὺς ύος, ἡ, venter, uterus נאד nód, uter, Heb.

νηέω, congrego, à νέω, acervo.

νηλεγὴς, ſecurus, à νὴ & ἀλέγω.

νηλεὴς, immitis, à νὴ & ἔλεος.

νήλιπος, diſcalceatus, à νὴ & ἤλιψ.

νηλιτὴς, peccati expers, à νὴ & ἀλιτέω.

νήπιος, infans, à νὴ & ἔπος. νηπίαχος, idem poët.

νηπύτιος, ſtultus, ex νήπιος.

νήριθμος, innumerabilis, à νὴ & ἀριθμὸς.

νήριον, τὸ, nerium, frutex quidam.

νηρίτης, ὁ, concha quædam natatilis, à νέω, no.

νήριτος, vel νήεριτος, de quo non contentio, à νὴ & ἐρίζω.

νηρὸς, pro νεαρὸς, recens, à νέος.

νηρὸς, ὰ, ὸν, cavus, humidus, à νέω, no.

νῆσος, ἡ, inſula, à νέω, no.

νῆσσα, ἡ, anas, à νέω, no.

νῆστις, ιος, ὁ, ἡ, jejunus, à νὴ & σῖτος, vel ἐσθίω.

νῆτος, ultimus, à νέατος, noviſſimus.

[illegible], fruſtra, inaniter, Heſ.

νημερτὴς, ὁ, & ἡ, verus, certus, ex νὴ & ἀμαρτὴς

νήχυτος, late fluens, à νὴ & χέω.

νήφω,

νήφω, *ſobrius*, vel *providus ſum*, à νὴ & ὁρῶ.
νήχω, *nato*, à νέω.
νίγλαρος, *muſici modulaminis genus.*
νίζω, Tarentin. pro νίπτω.
νικάω, *vinco*, *ſupero*, à νὴ & εἴκω.
νιν, *ipſum*, *am*, *um*, ab ἵ, ut μιν.
νίπτω, ψω, *lavo*, propriè manus poſt epulas, à νέω, *no*, vel potiùs à νίφω.
νίσσομαι, vel νείσσομαι, *eo*, à νέω.
νίτρον, *nitrum*, *ſuccus concretus ſali ſimilis*, à νίζω. Sed Hebr. eſt נתר.
νίφω, & νείφω, *f.* ψω, *ningo*, *madefacio.* נוף núph, *ſtillare*, Hbr.
νόθος, ὁ, ἡ, *ſpurius*, *non legitimus*, à νο, i. e. νὴ, & θεῖος, *divinus*, *legitimus.*
νόμος, *lex*: quia ſuum cuique νέμει: *item conſuetudo*: *cantilena*, *carmen.*
νομίζω, *lege ſancio*, *puto*, à νόμος.
νομὸς, *paſcuum*, *præfectura*, à νέμω.
νόος, ὁ, *mens*, *cogitatio*, à

νέω, *eo*; quia in perpetuo motu eſt. נענא neá, *pectus*, Chald. à נוע nuá, *moveri*. Sic vocatur à motu thoracis.
νόσος, ἡ, *morbus*, *vitium*, *peſtis*, à νὴ & σῶος, *ſanus*, vel à נוס nós *fugere.*
νοστέω, 1. *redeo*, 2. *eo*, *proficiſcor*, à νέομαι.
νόσφι, *ſeorſum*, *ſine*, à νὴ & ἕπομαι.
νοτίς, ίδος, ἡ, *humor*. νότος, ὁ, *auſter*, à νέω, *no*, *fluo*, Chald. נדא nedá, *aſperſit.*
νοῦμμος, *nummus*, Latin.
νυ, expletiva particula poët. à νῦν. Vide νυνὶ.
νύμφη, *ſponſa*, *nova nupta*, *nurus*, q. νέα φαίνουσα.
νῦν, *nunc*, à נא ná, *nunc*, Hebr. νυνὶ Atticè *jam nunc.*
νυν, *igitur*, enclit. Idem quod νυ.
νὺξ, κτὸς, ἡ, *nox*, à νύσσω.
νυὸς, ῦ, ἡ, *nurus*, *ſponſa*, à νέα, q. *nova filia.*
νύσσα, *meta*; ad quam νύσσουσι equi, *interſtitium*, *ſeptum.*
νύσσω, ξω, *fodio*, *punctim cædo.*

tedo. Hebr. נשך na-
ſchâh, *mordeo*.

νυστάζω, ξω, *dormio*, à νεύω.

νύχος, τὸ, *nox*, *tenebræ*, à νύξ.

νώγαλα, τὰ, *edulia ſuavia*, *ſtitamenta & lenocinia coquorum*.

νωδὸς, *edentulus*, à νὴ & ὀδοὺς.

νώδυνος, *expers doloris*, à νὴ & ὀδύνη.

νωθὴς, έος, ὁ, ἡ, *tardus*, *piger*, *ſtupidus*, à νὴ & θέω.

νῶϊ, *nos*, ab Hebr. נו nú, id eſt, *nos*, in affixis; ut אבינו abínu, *pater noſter*.

νῶκαρ, *torpor*, à νὴ, & κάρα.

νωλεμὲς, έος, ὁ, ἡ, *indeſinens*, *aſſiduus*, à νὴ & λείπω, ſeu λεῖμμα.

νωμάω, *diſtribuo*, *moveo*, à νέμω.

νώροψ, *ſplendidus*, à νὴ & ὄψις, quod obſcuret viſum.

νῶτος, ὁ, *dorſum*, *tergum*, à νεύω: ut rucke, à ruegen, *movere*. Aliter à νωμάω, *moveo*.

Ξ

Ξ *Xi*, *decima quarta litera*. Ducamus ex Hebræo ש ſchin quod eſt *ſc.* vel *ſch.* Character ξ antiquis ignotus erat. Attici ſequiori, Æoles nunquam ξ receperunt. Idem enim ſcribebant pro ξένος, [illegible] pro [illegible]. *In numeris* ξ *eſt ſexaginta* ut ס Hebræis.

ξαίνω, f. ανῶ, 1. *carmino*, *carpo*, 2. *cædo*, *percutio*, à ξέω.

ξανθὸς, ὁ. *flavus*, *luteus*, *ruſus*, à ξαίνω.

ξένος, vel ξεῖνος, ὁ, *peregrinus*, *hoſpes*, à [illegible].

ξέστης, *ſextarius*, à ſextus Latino.

ξέω, ἔσω, *rado*, *polio*, *ſcalpo*, *dolo*, à κάω, ἐξεσμένον ἔριον *lana carpta*, *carminata*.

ξηρὸς, ὁ, *aridus*, *ſiccus*, à ξέω.

ξίφος,

ξίφος, vel ξυφὸς, herba.

ξίφος, εος, τό, gladius, à ξαίνειν & φονεύειν, vel Chal. סיף, ſajáph, gladius.

ξανθὸς, flavus, rufus, albus, celer, dulcis. Opp. ſuſce, i. e. ſuſſe.

ξύλον, τό, lignum, à ξύω.

ξυνὸς, ὴ, ὸν, communis. Atticum, pro κοινός.

ξυρὸς, ὰ, ὸν, acutus, unde ξυρὸν, novacula, à ξύω.

ξύστρον, vel ξύστρα, pila ferrea ad radendum, à ξύω.

ξυστὸς, locus, ubi athletæ exercentur, à ξύω, quia raſus & planus. Hinc ξυστάρχης.

ξύω, idem quod ξέω.

O

O est decima quinta Græcorum litera; cui adjicitur epitheton μικρὸν, quod parvum ſignificat. Veteres autem u pro o dicebant unde factum eſt, ut Latini illud o in u verterint. Ducta videtur figura ab Hebræo ע ajin. In numeris vero que litera o eſt ſeptuaginta.

ὃ, neutrum ex ὅς. ὃ poeticè etiam dicitur pro δεῖ.

ὁ, articulus præpoſit. hic, ex Hebr. הוא, hu, hic, vel ה, ha.

ὄα, pellis ovilla, ab οἶς.

ὄα, ſorbus, ὄον, ſorbum.

ὄαρ, αρος, ἡ, uxor, ab ἄρω.

ὀβελὸς, ὁ, veru, virgula correctoria, à βέλος.

ὀβολὸς, ὁ, obolus, ſexta pars drachmæ: quia eſt ut βέλος.

ὄβρια, & ὀβρίκαλα, leonum, luporum, erinaceorum catuli, fortè ab ὄβριμος.

ὄβριμος, robuſtus, à βριάω.

ὄβρυζον χρυσίον, aurum obryzum, purum ex crebra coctione, q. ὄφριζον, ab Ophir, loco.

ὄγδοος, η, ον, octavus, ab ὀκτώ.

ὀδελὸς, Bœot. pro ὀβελός.

ὀγκάομαι, rudo, ab ὄνος.

ὄγκος, ὁ, tumor, maſſa, amplitudo, gravitas, pondus, faſtus. Propriè videtur eſſe acutus tumor, ut prominentia in

in ſagittis, ab ἀκὶς.

ὄγμος, ου, ὁ, *ſulcus, via*, ab ἄγω, vel οἴγω.

ὄγχνη, vel ὄχνη, *pyrum ſylveſtre*, ab ἄγχω.

ὅδε, ἥδε, τόδε, *hic, hæc, hoc.*

ὁδὸς, ἡ, 1. *via*, 2. *auxilium*, 3. *inſidiæ*. Arab אחדא hada, *iter obeundo*: & Chald עדא, adá, *tranſire*.

ὀδοὺς, όντος, ὁ, *dens, piſtillum*, ab ἔδω.

ὀδύνη, *dolor*, ab ἔδω, *rodo*.

ὀδύρομαι, *lamentor, ploro, defleo*, ab ὀδύνη.

ὀδύσσω, *iraſcor, ſuccenſeo*, ab ὀδύνη.

ὄζος, *nodus arboris, ramus, clava*, ab ὄζω, quaſi.

ὄζω, f. ὀζήσω, & ὄσω, *oleo*. הוציא hozi, *exire fecit*, Hebr.

ὄθη, ἡ, *cura, ratio*, ὄθομαι, *moveri*.

ὄθονα, *planta quædam, ut arundini*.

ὀθνεῖος, *alienigena*, ἀ τὸ ἔθνος.

ὀθόνη, *linteum*, אטונא atuná Chald. eſt *funis, linteum*.

ὀθόννα, *oenanthe*, herba quædam & ſuccus.

ὄθριξ, id eſt, *ejuſdem capilli*, ab ὁμὸς & θρίξ.

ὄθω, *moveo*. Vide ὠθέω.

Ὄθρυς, *mons*, τῆς Κρήτης, Cretenſibus, ab ἀθρέω, vel potius eſt Chald. טור tur, *mons*.

οἶ, *hei*, ex הוי hoi.

οἷ, *quò*, ab ὅς.

οἴαξ, ακος, ὁ, *gubernaculum, temo, latus navis*, ab οἴω, *fero*.

οἴγω, ξω, *aperio*, ab ἄγω, *frango*.

οἰδέω, & άω, f. ήσω, *tumeo, inflatus ſum*, ab οἶ & δέω.

οἰζὺς, ύος, ἡ, *ærumna, miſeria*, ab οἶ, & ζάω.

οἶκος, ὁ, *domus, familia*, ab ἔχω, *habeo, habito*, vel οἴω, *fero*, vel εἴκω, *cedo*.

οἶκτος, ὁ, *miſericordia*, ab εἴκω, *cedo*, vel ab οἶ, lamentandi vocula.

οἴμη, 1. *via, ſemita*, 2. *cantus*, 3. *verbum, vox*, ab οἴω, *fero*.

οἶμος, ὁ, ἡ, *ſemita*, 2. *virga*.

οἰμάω, *impetu feror* in aliquem, propriè in via; vel recta via, ab οἶμος.

οἰνοχόη, *trulla vinaria*, ab οἶνος & χέω.

οἶνος, ὁ, *vinum*. [illegible], *iuvo*, Aram. יינא jená *vinum*.

οἶος, *ſolus*, ab ἴος.

οἷος, *qualis*, ab ὅς.

ὄϊς, οἰὸς, vel οἶς, οἶος, ὁ, ἡ, *ovis*,

ovis, aries. Chald. עמרן
ân, ovis.
οἰσία, ſalix, ab οἴω, εω: ut ἰτέα.
οἶσον, ſumis, ab οἴω, fero.
ὀϊστὸς, ſagitta, ab οἴω, fero.
οἶστρ@, ὁ, œſtrus, ſtimulus, ab οἴω.
οἰσύα ἡ, ſalix. Vide οἰσία.
οἴσυπος, ſordes ovium, ab οἶς & σήπω.
οἶτ@, ὁ, ærumna, calamitas, exitium, ab οἴ.
οἰφέω, & οἰφάω, coëo. Chald. חובא chubâ, amor.
οἰχνέω, idem quod οἴχομαι.
οἴχομαι, abeo, diſcedo, proficiſcor, pereo, ab οἰχνέω.
οἴω, & οἴω, puto, porto. οἰωνὸς, ὁ, avis, augurium, ab οἶ@.
ὀκέλλω, appello, ut κέλλω.
ὄκκα, Dor. pro ὅτι.
ὄκκος, oculus, Dor. ab ὄπτομαι.
ὀκλάζω, ασω, ingeniculo, ſuccumbo, à κλάω.
ὄκν@, pigritia, metus, ab ἡ κνεῖν.
ὀκρίβας, αντ@, ὁ, pulpitum, ſcala, ab ἄκρον & βαίνω.
ὄκρις, eminentia montium

aut rupium, ab ἄκρον.
ὀκτάβλωμος ἄρτος panis ex octo quadris. Majores erant partes buccellis, in pane formando notari ſolitæ. Virg. in moreto. Vide βλωμὸς.
ὀκτὼ, octo.
ὄκως, pro ὅπως, Ionicè.
ὄλβ@, felicitas, opes, q. ὅλ@ βί@.
ὀλεξὸς, δυσώδης, malè olens, ex ὄλ@.
ὀλίγ@, parvus, paucus, ab ὀλέω, i. e. ὄλλυμαι.
ὀλίζων, ονος, ὁ, ἡ, minor, ab ὀλίγος.
ὄλισθος, lapſus, caſus in lubrico, ab ὅλως θέειν.
ὀλκὸς, ulcus, ab ἕλκω.
ὄλλυμι, vel ύω, f. λέσω, perdo, perniciem affero, à כלה calâh, conſumo: ut ὅλ@, à כל col.
ὄλμ@, ὁ, 1. mortarium, 2. tripus, 3. truncus corporis. חלם halâm, contundere, Hebr.
ὀλοθούριον, piſcis quidam marinus ſimilis ſpongiæ.
ὀλοκαυνίτης, olus quoddam ſylveſtre.
ὀλολύζω, ululo, ejulo, à ſono, הילל helil, ululare, Hebr.
ὀλόπτω, vello, decortico, à λέπω.
ὅλ@, totus, ſolidus, univerſus,

verſus, à כל cól, totum, Hebr.

ὄλος, idem quod θολός, atramentum ſepiæ.

ὀλοῖαι, pediculi pomorum, quia ὅταν ὄλωνται, quum decerpuntur.

ὀλοφύρομαι, f. ὕρμαι, lamentor, commiſeror, q. ὀλοὰς φέρομαι.

ὀλοφώϊος, exitialis, q. ὀλοὸς φωτός.

ὄλπη, ἡ, lecythus, ampulla olearia, vas, ab ἐλαίου δοχῷ.

Ὄλυμπος, Theſſaliæ, vel Macedoniæ mons, cœlum, ab ὀλλύω & πῦς, Scalig. Vulgò ab ὅλος & λάμπω.

ὄλυνθος, ὁ, groſſus, ficus immatura, ab ὀλέω, vel pleonaſ. ὀλεῖν ἄνθος.

ὄλυρα, ſpecies frumenti, ut ζεά.

ὅμαδος, multitudo, ab ὁμοῦ.

ὁμαλὸς, planus, levis, æquabilis, ab ὁμός.

ὁμαρτῇ, idem quod ὁμοῦ ſimul, unà, ab ὁμοῦ & ἄρω.

ὁμαδὸν, univerſitas, omnium collectio.

ὄμβρος, ὁ, imber, pluvia, ab ὁμοῦ ῥεῖν.

ὅμηρος, ὁ, obſes, ab ὁμοῦ εἴρειν, nectere.

ὅμιλος, ὁ, cœtus, turba, multitudo, maximè militum, ab ὁμοῦ εἰλεῖσθαι.

ὀμιχέω, mejo, q. ὁμοῦ χέω.

ὀμίχλη, & ὁμείχλη, nebula, caligo, ab ὁμοῦ & ἀχλύς.

ὄμνυμι, & ύω, f. ὀμόσω, juro. Vide ὀμόω.

ὀμοκλὴ, hortamentum, ab ὁμοῦ & κέλευσις.

ὀμόργνυμι, & μαι, f. ὀμόρξω, 1. abſtergo. 2. imprimo, inuro, ab ἀμέργω.

ὁμός, ὁ, ſimilis, par, ab ἅμα.

ὀμόω, in unum venire facio.

ὀμόω, juro, Chald. אומי omi, juravit.

ὀμφαλὸς, umbilicus, media pars agminis, umbo. Etym. ab ὀμπνύω.

ὄμφαξ, ακος, ὁ & ἡ, uva acerba, nondum matura: vel fructus immaturus quivis, quia ὠμὸς εἰς τὸ φαγεῖν.

ὀμφὴ, divina vox, reſponſum divinum, vox, q. τὸ ἐμφαίνουσα.

ὅμως, tamen.

ὁμῶς, ſimul, ab ὁμοῦ.

ὄνομαι, vitupero, ab ὄνος, הון hón, contemnere. Arab. ענה innah, opprimere, Hebr.

ὄναρ, indecl. *ſomnium*, q. ὄντος ἄρεος.

ὄνειδος, ους, τὸ, *probrum*, *dedecus*, ab ὄνω.

ὄνημι, ὀνέω, *juvo*, *proſum*, עָנָה ana, *reſpondere*, *exaudire*, Hebr. Arab. עָנִי ani, *prodeſſe*.

ὄνθος, ὁ, *ſtercus jumentorum*, ab ὄνος.

ὄνομα, & ὄνυμα, τὸ, *nomen*, *fama*, *celebritas*, *prætextus*, à νέμω.

ὄνος, ὁ, *aſinus*, ab ὄνημι, *juvo*. Eſt jumenti ſpecies.

ὄνυξ, υχος, ὁ, 1. *unguis*, 2. *uncus*, 3. *onyx gemma*, à νύσσω.

ὄνωνις, *herba quædam*. Aliter ἄνωνις.

ὀξὺς, έος, ὁ, *acutus*, *celer*, *ſubitus*, ab ἀκὴ.

ὀπαδὸς, ὁ, *aſſecla*, ab ὀπάζω.

ὀπάζω, 1. *perſequor*, 2. *ſequi jubeo*, *comitem do*, 3. *præbeo*, ab ἕπομαι.

ὀπὴ, ἡ, *foramen*, *per quod videri poteſt*, ab ὄπτομαι.

ὅπη, *ubi*, *quò*? *quà*, *quomodo*, ab ὅς.

ὄπις, ιδος, ἡ, 1. *ultio*, *vindicta divina*, 2. *cura*, ab ἕπομαι.

ὀπίσω, & ὀπίσσω, *retrorſum*, ab ἕπομαι.

ὅπλον, τὸ, vel ὅπλα, τὰ, *arma*, *inſtrumenta quævis*, ab ἁπαλῷ.

ὁπλὴ, ἡ, *ungula*, ab ὅπλον.

ὁπλότερος, *junior*, ὁπλότατος, *minimus natu*. Dicitur de iis, qui arma ferre queunt, ab ὅπλον.

ὀπὸς, ὁ, *ſuccus*, *humor*, ab ὀπῇ, unde fluit.

ὁπότερος, *uter*, infinitè, ut πότερος, *uter*, interrogativè, à πὸς, ex ὅς.

ὀπτάω, *aſſo*, *torreo*, *aſſo*. אָפָה ophah, Heb. *coquere*.

ὄπτομαι, ὄψομαι, *video*, *aſpicio* tanquam ab ὄπτω. אַף aph, *facies*, Hebr.

ὀπυίω, *uxorem habeo*, ab ὀπὸς.

ὀπώρα, ἡ, 1. *autumnus*, 2. *fructus autumnales*, 3. *ætas maturior*, ab ὀπὸς, vel ὄψ, & ὥρα.

ὁράω, *video*, *cerno*, 2. *intelligo*. חוּר chur, *contemplari*, Heb. רָאָה raah, *videre*, vel אוֹר *lux*, *ſine qua non videtur*.

ὄργανον, τὸ, *inſtrumentum*, vel *opus*, q. ἔργανον, ab ἔργον,

ὄργον, ſeu ab ὄργω verbi ῥέζω.

ὀργάς, -άδος, ἡ, lucus, ſylva Deo ſacer, quem arare non colere non licet, item ager [illegible], ab ὀργάω, [illegible]ſco.

ὀργάω, appeto impatienter, propriè de animantibus quæ turgent libidine, ab ὀργή. Hinc ὀργάζω, inſtigo, [illegible], mollio, ſubigo.

ὀργή, animi inclinatio, ira, ingenium, ab ὄρω.

ὄργια, ſacra propriè Liberi, abuſivè cujuſvis Dei, ab ὀργή.

ὀργυιά, menſura quædam [illegible], ulna, ab ὀρέγω.

ὀρέγω, ὀρέγνυμι, porrigo, extendo, ὀρέγομαι, etiam appeto. ארג areg, Chal. deſiderare, à רגג regág.

ὀρείγανον, ſive ὀρίγανον, ου, τό, vel ὀρείγανος, ſive ὀρίγανος, ου, ὁ, origanum, herbæ nomen, ab ὄρος & γάνος, vel παρὰ τὸ ὄρεσι γάνυσθαι.

ὀρθός, rectus, erectus, ab ὄρω.

ὄρθρος, ὁ, diluculum, ab ὄρω.

ὀρίνω, excito, ab ὄρω.

ὄρχος, vites ordinatim, ab ἔργω.

ὅρκος, ὁ, juſjurandum, ab εἵργω.

ὁρμαθός, ὁ, ordo, ſeries, catena, luſtrum, latibulum, ab εἴρω.

ὁρμή, impetus, appetitus animi, ab ὄρω.

ὁρμιά, ᾶς, ἡ, tenuis funiculus propriè, quo piſcatores venantur piſces, quem è ſeta equina contexunt, ab εἴρω.

ὅρμινον, horminum, herba quædam.

ὅρμος, ὁ, monile, ab εἴρω.

ὅρμος, ὁ, ſaltationis ſpecies, ſtatio navium, ab ab ὁρμῶ.

ὄροβος, ὁ, ervum, legumen. Derivant παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν. Malo ſimpliciter ab ἐρέπτω.

ὀροδάμνος, ὁ, ramuſculus, ab ὄρος & δάμνω.

ὀρόντιον, orontium, herba quædam.

ὄρος, εος, τό, mons, Hebr. הר har, mons, vel quia editus & in luce poſitus, ab אור.

ὅρος, ου, terminus, limes, meta, finitio, ab εἴργω.

ὄρπηξ, ηκος, ὁ, ramus, ſurculus, ſtolo, ab ἕρπω.

ὀρρὸς, ὁ, ſerum lactis.

ὀρτάλις, ιδος, ἡ, gallina, ab ὄρω, ut ὄρνις.

ὄρτυξ, υγος, ὁ, coturnix.

ὄρυζα, ης, oryza.

ὀρυμαγδός, ſtrepitus, fragor, ab ὀρύω & [illegible].

ὀρύσσω, ξω, *fodio*. חָרַשׁ charáſch, *aro*, Hebr.

ὀρφανὸς, 1. *pupillus*, 2. *deſtitutus aliqua re*, ab ὄρφνη.

ὄρφνη, ἡ, *tenebræ*, *obſcuritas*, ab ὀρέφω.

ὀρφὸς, vel ὀρφὼς, ὁ, *orphus piſcis*.

ὀρχέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, *ſalto*, *tripudio*, ab ὄρχος.

ὄρχις, εως, ὁ, 1. *teſticulus*, 2. *nomen herbæ cujuſdam*.

ὄρχος, ὁ, *plantarum ſeries*, *vitium ordo*, *hortus*, ab ὀρύσσω.

ὄρω, f. ρῶ, & ὄσω, *excito*, *concito*. אַעַר áar. Ch. *excitare*.

ὅς, ἥ, ὅ, artic. *qui*, *quæ*, *quod*, ab ὁ. Eſt etiam *ſuus*, ut ἑός, ab ἕ.

ὅσιος, *ſanctus*, *juſtus*, Syr. חָסִי chaſi, *ſanctus*.

ὅσος, *quantus*, ab ὅς.

ὄσπριον, τὸ, *legumen*, à ὀσπρέω.

ὄσσα, 1. *vox*, 2. *fama*, *rumor*, 3. *omen*, ab ὄψ.

ὀστέον, οῦν, τὸ, *os*, *oſſis*, ab ἱστῶ.

ὀστλιγξ, ιγγος, ἡ, *ſcintilla*, *flamma criſpa*, *cincinnus*, *cirrus*. Ducamus ab αὔω & λίαν, aut ab ἑστία.

ὄστρακον, τὸ, *teſta*; etiam ea, *quæ de piſce dicitur*, ab ὀστέον.

ὄστρεον, & ὄστρειον, *oſtreum*, ab ὀστέον.

ὄστρυς, υος, ἡ, *oſtrys*, *arbor quædam*.

ὀσφραίνομαι, *odoror*, *olfacio*, ab ὀσμὴ & φέρω.

ὀσφὺς, ύος, ἡ, *dorſi ea pars quæ congruunt*, *ilia*, ab ὀστέον & φύω.

ὄσχος, *ramus*. Vide ὄσχη.

ὅτε, *quando*, *quoniam*, ab ὅς.

ὅτι, poëtis ὅττι, *quod*, ab ὅς.

ὄτλος, *ærumna*, à τλάω, vel ab οἷ & ταλάω.

ὄτοβος, & ὄττοβος, *ſtrepitus*, *tumultus*, *ſonitus*. Ducamus ab ἦχω & βοὴ.

ὀτρύνω, *incito*, *adhortor*, *urgeo*, ab ὄρω.

ὀτοτοῖ, *heu*, *hei*, *ah*, à ſono, vel ab οἷ τὸ οἷ.

οὐ, οὐκ, οὐχ, *non*, ab οὔπω, vel potius ab אַיִן *non*, Hebr.

οὐαί, *væ*, הוֹי vai, Hebr.

οὖας, οὔατος, τὸ, *auris*, poët. ab ἀΐω, *audio*.

οὐδὸς, οῦ, τὸ, & οὖδας, *ſolum*, *pavimentum*. οὐδὸς, *limen*, *via*, ab ὁδὸς, vel ab ἕδος.

οὖθαρ, ατος, τὸ, *uber*, *mamma*, ab abundãtia lactis. עָתַר athár, *abundantia*, Hebr.

οὐλά, vide οὐλαί.
οὐλαὶ, *hordeum*, quòd οὐλαι ede-retur cum ſale, ante mo-las inventas, vel quòd ſit οὖλον, criſpum, & q. piloſum, unde & Hebræis hordeum eſt שעורה. Sed & apud Heſych. ὀλαὶ (Suidæ ὀλαὶ) κριθαὶ *hordea ſale mista & in ſacrificium oblata.*
οὐλαμὸς, ὁ, *conſertum agmen*, ab οὖλος.
οὐλαφόνος, *mortuum*, Heſ. ab ὀλὸς, & αἷμα, *ſanguis*, ut ſit, quem reliquit cruor.
οὐλοδέτης, *merges*, propriè hordei collecti, ab οὖλος, & δέω.
οὐλόδετον, *ſunis*, quo *faſciculus* (οὖλος) *colligatur.*
οὐλοθυτέω, *immolo*, οὐλὰς θύω.
οὖλον, *gingiva*, ab οὖλος, *tener*. Tenera eſt ejus caro.
οὖλος, *perniciοſus*, *exitialis*, *mortiſer*, ex ὀλοὸς, ex ὀλλύω.
οὖλος, *manipulorum collectorum faſcis*. *Unde* οὐλαὶ, *ceres*, ab εἰλέω, vel potiùs ab οὐλὰ, *hordeum*, quòd hordei faſciculus eſſet.
οὐλόχυτα, *mola*, *quæ victimis parandis injiciebatur.* Etiam ὀλοχύται, ab οὐλὰ & χέω.

οὖλος, *integer*, *ſanus*, ab ὅλος.
οὖλος, *mollis*, *tener*, *criſpus*, ab εἰλέω, *convolvo*, vel ab οὖλον, *hordeum*.
οὔλω, *valeo*, *ſum*, οὖλος.
οὐλὴ, *cicatrix*. Nota ſanati vulneris.
οὖν, *igitur*, *ideo*, *tandem*, *certè*, ex ὄν.
οὐρὰ, ᾶς, ἡ, *cauda*, *extremum agmen*, *prora*, ab ὄρω, vel ὄρος.
οὐραγὸς, *extremi agminis dux*, ab οὐρὰ & ἄγω.
οὐρανὸς, *cœlum*, *palatum*, [illegible] orâ, lux. Chald.
οὐρίαχος, *ferrum*, *quo ima pars haſtilis præfixa eſt*, ab οὐρά.
οὖρον, τὸ, *urina*, ab ὀρούω.
οὖρος, ὁ, *ventus ſecundus*, *proſper ſucceſſus*, ab ὄρω.
ὀῤῥὸς, *ſerum lactis*, *ſanguinis*, ex ὄρος.
οὖρος, ὁ, *cuſtos*, *inſpector*, ab ὁράω.
οὐρὸς, *alveus*, ſeu *foſſa*, *per quam deducitur navis in mare*, ab ὀρύω.
οὐσία, *eſſentia*, *natura*, ab οὖσα ex ὤν, part. ab εἰμί.
οὐτάω, ὀυτάζω, *vulnero*. Fortè ab οὖς, vel ἄτη.

οὔτε, neque, ex οὐ, & τε.
οὗτος, hic, ego, vel tu, ab ὁ, Chald. אהוא hú, די di, hic, ille, vel potius q ὁ, τὸς.
ὀφείλω, 1. debeo, 2. mulctor. אולי vole, oportet, Syris.
ὀφέλλω, 1. augeo, accumulo, 2. prosum, 3. debeo.
ὀφθαλμὸς, oculus, ab ὄπτομαι.
ὄφις ιος, ὁ, serpens, ab ὄπτομαι. Syris est אפעא ephia, quod affine est. Sic autem dici volunt, quod Evæ indicarit fructum vetitum. Nam חוי est indicavit.
ὄφρα, ut, quò, donec, si, ab ὅς.
ὀφρὺς, ύος, ἡ, 1. supercilium, 2. superbia, 3. tu-

mulus, ab ὄπτομαι.
ὀχετὸς, ὁ, canalis, aquæductus, ab ὀχέω.
ὀχέω, veho, ab ὄχος.
ὀχεύω, admissarium admitto, ab ὀχέω.
ὀχὴ, cibus, ab ἔχω.
ὀχθέω, indignor, graviter fero, ab ὄχθη, vel ὄχθος.
ὄχθη, ripa, littus.
ὄχθος, lumbus, ab ὄχθη.
ὀχλάζω, ου, moveo, ab ὀχέω.
ὄχλος, ὁ, turba, ab ὀχλάζω.
ὄχος, ου, ὁ, & εος, τὸ, currus, ab ἔχω.
ὀχυρὸς, idem quod ἐχυρός.
ὂψ, ὀπὸς, ἡ, vox, cantus, ab ἔπω.
ὀψὲ, sero, vesperi, ab ὀψ.
ὄψον, τὸ, obsonium, cibi condimentum, ab ἕψω.

Π

Π Est decima sexta Græcorum litera. Nomen πι est ex Hebræo Peh, i. e. os, quod & pe. In numeris est o-ctoginta. Majusculum Π significat πέντε, id est, quinque.
πάγιος, firmus, stabilis, à πήγω.

πάγης, longitus in terram depulsus, à πήγω.
παιὰν, ᾶνος, ὁ, 1. hymnus in laudem Apollinis, vel alterius dei, in morbo, bello, aut victoria. 2. pæanem. 3. Apollo ipſe ſic dictus, à παίω, vel παύω.
παίζω, ξω, & σω, ludo, jocor, illudo, à παῖς.
παίπαλα, τὰ, loca prærupta, & ſalebroſa, à πάλλω.
παιπάλη, farina tenuiſſima, conſperſio, à παιπάλλω, concutio, ex πάλλω. At παπταίνειν, circumſpicere, ex πάλλειν ὄσσε.
παῖς, δὸς, ὁ, ἡ, 1. puer, ſervus, 2. filius, à βαιὸς, vel à παίω, vel potiùs à πάομαι, nutrio, qui de noſtro nutritur.
παιφάσσω, oculos circumquaque verto, à φάω & ἀΐσσω.
παίω, αίσω, ferio, percutio, pulſo. Eſt etiam comedo, à πάω.
παλάθη, maſſa ficorum.
πάλαι, olim, pridem. בלה balêh, vetus, Hebr.
παλαιστὴ, ῆς, ἡ, palmus, menſura quatuor digitorum, à πάλαι & ἀγῶ.
παλάμη, 1. palma manus, 2. ars, à πάλλω.
παλάσσω, irrigo, inquino,

à παλαιόω, vel παλαιός.
παλεύω, σω, allicio, fallo,
παλεύτρια illex columba.
πάλη, lucta, παλαίω, luctor à πάλλω.
παλλία, ſecundus nuptiarum dies, à πάλιν ἰέναι.
πάλιν, iterum, è contrario, q. τὸ πάλαι repetendo.
πάλλαξ, ακος, ὁ, juvenis, adoleſcens, à πάλλω.
Παλλὰς, Pallas, à πάλλω. Eſt etiam παλλὰς, adoleſcentula, Strab. lib. 17.
παλύνω, aſpergo, albefacio. Etym. à πάλη, vel παλίνη, tenuiſſima farina; nempe παιπάλη.
πάμμα, poſſeſſio, à πάω.
παμπήδην, funditus, à πάμπαν.
παμφαίνω, omnia colluſtro, q. πάντα φαίνω.
Πὰν, ανὸς, Pan, à πάω.
πανδαλέτιος, improbus, veteratorius, à Pandeleto deceptore quodam.
πανήγυρις, publica celebritas, à πᾶς & ἀγείρω.
πάξ, mirantis & interpellantis adverbium.
παὸς, affinis, à πάομαι, acquiro. Eſt propinquus acquiſitus affinitate.
παππαῖ, pape, à παῖς, ut ſit quaſi

quaſi patrem inclamare, vel à πάππα.

παππασμὸς, vox crepitantis alvi, à ſono.

πάππας, ου, ὁ, pater. Ducunt ex אַבָּא abbá, pater, Chald.

πάππος, avus, à πάππας. Eſt etiam lanugo, vel flos lanuginoſus.

παπταίνω, circumſpicio, ab ὄπτομαι.

πάπυρος, ὁ, ἡ, papyrus, charta.

παρὰ (πάρ, παραὶ) ab, apud, trans, præter. Cum genitivo eſt à, ab, ex. Cum accuſativo prope, propter, inter, ut παρὰ τὸ δίκαιον, inter æquum, item præter, contra, ultra, ſupra, juxta. Cum ablativo apud. In compoſitione, frequenter eſt ad ſeu juxta, trans: etiam notat corruptionem & perverſionem, ut per Latinis in perdo, à παρὰ.

παράβολος, audax, q. projectus, à παραβάλλω, objicio. παραβολεύομαι, periclitor. Phil. 2. 30. Aliter legitur παραβουλεύομαι, malè conſulo, non habeo rationem. Vide Scal. in Manil.

παράδεισος, ὁ, hortus, viridarium: paradiſus: beata felicitas. Perſicum פרדס pardes,

παρασάγγης, paraſanga, triginta ſtadia. à paraſch Heb. id eſt, eques, & angaria: quantum equeſtris tabellarius ab una ſtatione ad alteram decurrebat.

παραχρῆμα, illico, quaſi in re, à παρὰ & χρῆμα.

παρδακὸς, humidus, uvidus. Aliter παρδακὲς, ab ἄρδω, irrigo.

πάρδος, ὁ, πάρδυρ, pardus.

παρειὰ, & Æolicè παρηΐς, άδος, ἡ, gena, maxilla. פרע perá, detegere, nudare, Chald.

παρὲκ, & παρέξ, extra, à παρὰ, & ἐξ.

παρθένος, ἡ, virgo, quæ adhuc παραθεῖ apud πατέρα. פורת poráth Hebræis eſt fructifera.

πάριος, & πάρινος λίθος, Parius lapis, à Paro inſula.

πάρνοψ, ὁ, genus locuſtarum.

πάρος, ante, adverb. loci vel temporis, poët. à παρὰ.

παῤῥησία, libertas, à πᾶν & ῥῆσις.

ψάρος, ὁ, vel ψαρὸς, color inter cinereum & ruſum medius, à πυῤῥός.

πᾶς, pater, vocula infantum, ex אב ab, pater, Hebr. vel ex πάππα.

πᾶς, πᾶσα, πᾶν, omnis פשׁ paſch, multitudo, Heb.

πάσσαλος,

πάσσαλος, & πάτταλος, clavus ligneus, paxillus, à πάσσω.

πάσσω, σω, conſpergo, variè diſtinguo, ποικίλλω. Ducamus à πᾶς, omnis.

παστὰς, thalamus, à πάσσω, variego.

πάσχα, paſcha, tranſitus, à פסח paſach, tranſire, Hebr.

πάσχω, patior, afficior, ab inuſit. πάθω.

πάταικοι, ſimulacra deorum in puppibus navium, Phœnicib.

πατάνη, patella, à πατάω.

πατάσσω, ξω, palpito, ferio, percutio; à πατέω.

πατέω, ήσω, calco, protero, q. βατέω, à βαίνω.

πατὴρ, έρος, pater, à πᾶς, vel πάω.

παῦρος, paucus, à παύω.

παύω, finem impono, ceſſo, privo, [illegible] ſedo. פאה peáh, angulus, finis rei, Hebr.

παφλάζω, ferveo, æſtuo, à φλάω.

πάχνη, ἡ, pruina; vel glaciatus, à πήγω.

παχὺς, έος, ὁ, 1. craſſus, ſpiſſus, 2. bardus, 3. dives, à πήσσω.

πάω, & πάομαι, 1. guſto,

2. veſcor, 3. poſſideo, 4. acquiro. Ducamus à פה péh, os.

πεδὰ, præp. Æol. pro μετὰ, poſt, à ποὺς, accuſ. regit. Hinc πεδαμειβόμενοι, pro μεταμειβόμενοι. Pind. Æoles interdum μ in π vertunt.

πεδαίρω, e ſolo in ſublime tollo, à πεδὰ & αἴρω.

πεδάρσιος, ſublimis.

πέδη, pedica, compes, à πούς.

πέδιλον, τὸ, calceus, talare, à πὸς & εἰλέω.

πέδον, τὸ, ſolum, terra, à πούς, πεδανὸς, humilis.

πέζα, ἡ, malleolus pedis, vel planta pedis, fimbria, extremitas, à πούς.

πεῖ, Doricè, pro ποῦ, ubi.

πείθω, perſuadeo, ſuadeo, quas, perſuadeor, obtempero, confido, ſpero פתה pittáh, perſuadere, Heb. πειθὼ, fides. Heſych.

πείκω, & πέκω, ξω, pecto, carmino, carpo, tondeo.

πεῖνα, fames, eſuritio, à πένω.

πεῖρα, conatus, inceptum, tentatio, dolus, damnum, à πείρω, tranſeo.

πείρινς, νθος, crates, vel alveus vimineus in curru, à περιθέω vel ſimpliciter à πείρω.

πείρω,

πείρω, περῶ, transfodigo, transfigo, transeo.
πιέναι, pro πιεῖν, irrigare, πιεῖν, à πίω, potum do.
πῖσος, τὸ, locus irriguus, à πί-σω.
πεῖσμα, funis nauticus, quòd ei navis, q. pareat, à πείθω.
πέλαγος, ους, τὸ, mare, à πέλω & ἄγω.
πελιδνὸς, ὁ, lividus, q. sectis induratus, ut ιον, à πελιδνόω.
πελαργὸς, ὁ, ciconia, à πελὸς & ἀργὸς.
πέλας, prope. ὁ πέλας, vicinus. πελάω, propinquo.
πέλεκυς, εως, ὁ, securis. פלח palach, dissecare, Hebr.
πελεκίζω, ξω, securo, quatio, à πέλω, verto.
πέλλα, ἡ, mulctra.
πέλμα, τὸ, planta pedis, solea, à πελὸς, vel πηλὸς.
πελὸς, ὁ, niger, fuscus. Est etiam πέλιος & πελλὸς.
πέλτη, pelta.
πέλυξ, vel πέλις, pelvis, à πελὸς: item πέλυξ, securis. Vide πέλεκυς.
πέλω, sum, venio. Dicitur & πέλομαι. περιπέλω, superstes sum.
πέλω, verto, unde πελάω.
πέλωρ, ωρος, τὸ, monstrum,

monstrosus, à πέλω, vertere, ut Wounder, à Wounden. פלא pele est mirabile. Vulgò dicunt q. πέλας ὄρους, quod magnitudine proximè ad montem accedat.
πέμπε, quinq; Æol. pro πέντε. πεμπάς, quinarius. πεμπάζω, numero per quinarios; item simpliciter numero.
πέμπελος, senex, q. jam mittendus in sepulcrũ, à πέμπω.
πέμπω, mitto, amando, dimitto, immitto, deduco, veho, transveho, trajicio.
πέμφιξ, ιγος, ἡ, 1. flatus, 2. gutta, 3. bulla, pustula.
πεμφρηδὼν, όνος, ἡ, pemphredo, vespa quædam.
πενθερὸς, ὁ, socer, uxoris meæ pater.
πένθος, εος, τὸ, luctus, mœror, à πάθος.
πένομαι, (Eust. etiam πένω) 1. facio, efficio, ago, 2. pauper sum, πόνος, labor.
πέντε, quinque, à πνέειν. Est primus numerus, in quo quiescimus seu subsistimus, supputantes ad digitos.
πέος, penis, à πόος.
πεπαίνω, coquo, à πέ-

πέπον, quod ex πέπτω.

πέπειρος, maturus, à πεπαίνω.

πέπερι, εως, τὸ, piper, à πέπειρος.

πέπλος, ου, ὁ, & πεπλον, τὸ, peplum, veſtis muliebris, à πέλω, verto.

πέπρωμαι, fato deſtinatus ſum, q. πεπόρωμαι, à πόρω.

πέπτω, f. ψω, coquo, maturo, πυρὶ ἕψω.

περ, particula ampliandi ſolita, ut Latina cunque, à περὶ.

πέρα, & πέραν, ultra modum, ſupra, πέραν, interdum citra, à περάω.

πέρας, ατος, τὸ, finis, terminus, adverb. tandem, denique, à περάω, & ἔρα.

περάω, f. άσω, & ήσω, 1. tranſmitto, ſupero, 2. tranſporto, 3. vendo, à πέρας.

πέρδιξ, ικος, ὁ, ἡ, perdix, aſtutus, libidinoſus.

πέρδω, pedo, à πέρας & ἕδω.

πέρθω, σω, privo, vaſto, perimo, à περιθέω, vel potiùs, à πέρας τιθεὶς.

περὶ. Cum genitivo eſt de, pro, propter, præ, apud poëtas etiam circa, cum accuſativo circa,

circum, circiter, erga. Cum ablativo circum, circa, in, ex, de. τὰ περὶ ἐμὲ, res meæ, οἱ περὶ βασιλέα, regis miniſtri. οἱ περὶ Σωκράτην, Socrates. In compoſitione ſæpe auget ſignificationem, ut per Latinis. πέριξ circum, abſolutè & cum genitivo.

περίαλλος, alius præſtans. περίαλλα, eximiè, ſupra modum, à περὶ & ἄλλος.

περιστερὰ, ᾶς, ἡ, columba, à περὶ & στέργω.

περιώσιος, eximius, à περὶ, ſupra, & οὐσία.

πέρκος, περκνὸς, niger, περκάζειν.

περαιτέρω, ultra, à περὶ & ἑτέρω.

πέρνα, perna, à πτέρνα.

περόνη, ἡ, fibula, ſura, à πείρω.

πέρπερος, ὁ, levis, temerarius, vanus, à περιφέρομαι.

Πέρσης, ου, ὁ, Perſa, & jactus quidam teſſerarum.

πέρυσι, anno ſuperiore, antehac. Ducatur à περάω, tranſeo.

πέσημα, τὸ, cadaver, à πίπτω, πεσὸς, & πεττὸς, ὁ, calculus, vel ſcrupulus luſorius, ipſe ludus, lapis quadratus, à πεσεῖν.

πέταλον, folium: Item lamina,

[illegible], braſſica, à πεπάω.
πέτευρον, pertica, in qua gallinæ dormiunt, gallinarium. παρὰ τὸ ἐν αὔρᾳ πετᾶζ.
πέταχνον eſt quoddam ἐκπέταλον, poculum amplum in medium ſeſe expreſſum, à πετάννυμι, πεταννύω, vas, pando, aperio. פתח petach, aperio, Chald.
πέτομαι, αμαι, & πετάομαι, volo, as, à πετάω.
πέτρος, ου, ὁ, lapis minor, qualis eſt qui manum implet, à πέτω ῥᾷον.
πέτρα, rupes, ſaxum ingens.
πέτω, cado, inuſit. à πίπτω.
πεύθω, ſciſco, inquiro in aliquid, percontor, à πείθω.
πεύκη, pinus, larix
πήγανον, ruta, à πήγνυμαι.
πηγὴ, ῆς, ἡ, fons, ſcatebra, quia πηδᾷ ἐκ γῆς.
πηγνύω, & υμι, ἄξω, à πήσσω, compingo, cogo, augmento, figo, infigo. בק bak, amplecti, Chald.
πηδάλιον, gubernaculum, à πηδάω.
πηδάω, ſalio, ſalto, à πούς.
πηδὸς, ἡ, & πηδὸν, ligni ſpecies, remus ex eo ligno factus, à πηδάω, Heſ.
πήθω, inuſit. patior. פת

path, frangere, Chald.
πήληξ, ηκος, ἡ, galea, caſſis, à πάλλω, Heſ.
πηλὸς, ῦ, ὁ, ἡ, lutum, mortarium, à σπιλάς. Eſt etiam vinum.
πῆμα, ατος, τὸ, damnum, exitium, clades, à πήθω.
πῆμος, quando, poët. ab ἦμος.
πῆνος, ου, ὁ, [illegible], textum, tela, à πένω. Sic Germanis Spinnen, texere, & facere.
πήρα, pera, ſaccus, à φέρω.
πηρὸς, ὁ, mutilus, mancus, mutus, cæcus, à πήθω.
πητύα, coagulum, à πήσσω.
πῆχυς, εως, ὁ, cubitus, à πήγω.
πίδαξ, ακος, ὁ vel ἡ, fons, ſcatebra, à πίω, vel πιδάω.
πιέζω, f. έσω, premo, ſtringo, ſtrictâ manu teneo. Dicitur & πιάζω, q. ἐπιάζω, ut vult Etym. ab ἠπιῶ.
πίθηξ, ηκος, & πίθηκος, ε, ὁ, ſimius, pumilio, à πιθέω, pro πείθω.
πίθος, ε, ὁ, dolium, unde eſt πιθεῖν.
πικέριον, butyrum, à πῖος.
πικρὸς, ῦ, amarus, à πεύκη.
vel

vel à פְּקַר pekár, ſcindere, Chald.
πιλνάω, appropinquare facio, à πελάω.
πῖλος, ου, ὁ, pileus, ſeu pileum, etiam pila apud Suidam.
πιμελὴ, pinguedo, à πῖος & μέλος.
πίναξ, ακος, ὁ, tabula, aſſer, libellus, index, q. πεδίνης ἄκος, Etym.
πίννα, pinna, oſtrei genus.
πίνος, ὁ, ſordes, ſqualor, illuvies, à πίνος, vel q. πῖος ὀνέμδυον.
πῖνον, τὸ, vinum hordeaceum, à πίνω.
πῖνος, ὁ, pinus.
πινύω, & πινύσκω, moneo, ad ſanam mentem reduco, à πνέω.
πίνω, f. πίσω, à πίω, bibo, quod à פִּי pi, os, Hebr.
πῖος, pinguedo, à πῖαρ.
πιπίσκω, potum præbeo, à πίω.
πίμπλημι, & πιμπλάνημι, impleo, à πλάω.
πιπὼ, pipo, avis marina, pipio.
πιπράσκω, vendo, f. περάσω, q. à περάω, ex πέραν.
πίπτω, f. πέσω, à πέτω, p. πέπτωκα, à πτόω, cado, interficior, à πέτω.

πίσσα, & πίσα, ἡ, pix, à πῖος.
πίσον, piſum, à πτίσσω.
πιστάκια, τὰ, piſtacia, nuculæ pineis nucibus ſimiles.
πίστις, fides, q. πεῖσις, perſuaſio, à πείθω.
πιστὸς, ἡ, ὸν, fidelis, à πίστις.
πιστὸς, ἡ, ὸν, potabilis, liquidus, à πίω.
πιστόω, fide dignum facio, confirmo, ſtabilio, à πιστὸς.
πίσυγξ, ὁ, ſutor. Referamus ad πίσσαν. πισύγγιον, ſutrina.
πίσυνος, fretus, à πείθω.
πίσυρες, quatuor, ex τέσσαρες, Æolibus.
πιτανάτης, turma, cohors, tribus quædam.
πιτνέω, cado, à πίπτω.
πίτυλος, ὁ, ſtrepitus aquæ remo percuſſæ, motus, defluxus, à πτύω.
πίτυρον, furfur, à πτίσσω.
πίτυς, υος, ἡ, picea, à πίσσα.
πιφαύσκω, & πιφαύσκομαι, loquor, memoro, à φάσκω.
πίω, inuſit. bibo.
πίων, ονος, ὁ, pinguis, obeſus, à πῖος, pinguedo.
πλάγιος, ὁ, ἡ, obliquus, tranſverſus, à πλάζομαι, erro.
πλάδος, τὸ, & ος, ὁ, humor ſuperfluus, à πλάζομαι.

πλάζω,

πλάζω, f. πλάξω, errare facio, errabundos agito, à πολὺς.

πλαξία, error, à πλάζω.

πλάξ, ακὸς, tabula lata, æquor, planities, à πλατὺς.

πλάνη, error, erratio, à πλάζω.

πλάσσω, & ττω, f. σω, fingo, illino, comminiſcor, ſimulo, à πολὺς.

πλάστιγξ, ἡ, 1. lanx è jugo ſuſpenſa, cui pondus imponitur, 2. tabula in qua cottabus ludebatur, à πλατὺς.

πλάστιγξ, pro πλήστιγξ, ſerula, à πλήσσω.

πλαταγίζω, palmula aquam percutiendo ſtrepitum excito, à πλάτη.

πλάτιγξ, ſumma pars remi, quæ percutitur aqua.

πλάτη, palmula, extrema & latior pars remi, à πλατὺς.

πλατὺς, έος, ὁ, latus, amplus, ſpatioſus, à πλῶ, i.e. πληρόω, impleo.

πλέθρον, τὸ, jugerum, à πλέος.

πλέθρα, τὰ, humida & herboſa loca, à πλέος.

πλειὰς, plejas, à πλέω.

πλέκω, ξω, plico, necto, texo.

πλέος, πλεῖος, πλέων, vel πλήρης, εος, ὁ, ἡ, plenus, à πολὺς.

πλευρὰ, ᾶς, ἡ, latus, coſta.

πλέω, εύσω, navigo, à πολέω.

πλήθω, impleo, à πλέος.

πλήμη, æſtus maris, à πλήθω.

πλῆμι, appropinquo, à πλησίον, quod à πέλας.

πλημμελὴς, inconcinnus, à πλὴν & μέλος.

πλημμυρὶς, æſtus maris, à πλήμη & μύρω.

πλήκτρον, [illegible].

πλὴν, præterquam, niſi, quam, à πλέον.

πλήσσω, & πλήττω, f. πλήξω, percutio, frango, פלץ pallêtz, terrere.

πλὴξ, gradus, à πλίσσω.

πλίνθος, ἡ, later.

πλίσσω, gradior, tanquam terram πλήσσω pedibus.

πλοῦτος, ου, ὁ, divitiæ, Plutus, à πολὺ, & ἔτος.

πλύνω, 1. lavo, propriè veſtimenta, 2. convicijs inceſſo, 3. objurgo, 4. contamino.

πνέω, πνεύσω, flo, ſpiro, odorem ſpiro, פנה pnè, facies, Hebr.

πνίγω,

πνίγω, f. ξω, ſuffoco, ſtrangulo, q. πνοὴν ἄγω, frango ſpiritum.
πνῦμαι, ſpiro, ſapio, à πνέω.
πνὺξ, ἡ, locus Athenis, ubi concio habebatur, à πύκα vel πυόω.
πόα, ας, ἡ, herba, à πόω.
πόθος, ὁ, deſiderium, ab inuſitato πόθω, deſidero, unde Latinum peto.
ποιέω, facio, ſollicito, fabricor, efficax ſum, proſum, carmina facio, pono, colloco, à ποιὸς.
ποικίλος, varius, maculoſus, à πύκα.
ποιμὴν, ένος, ὁ, paſtor, q. ὁ ἐν πόᾳ μένων, vel à πόω.
ποινὴ, ῆς, pœna, ultio, injuria, à πόνος.
πόκος, ὁ, vellus, à πέκω.
πόλεμος, ὁ, bellum, q. πόλεως μεσῶν, vel à πολλῶν.
πολέω, verto, verſo, à πέλω.
πολιὸς, canus, albus, à πόλος.
πόλις, εως, ἡ, urbs. Ubi homines πολοῦσι.
πόλτος, ου, ὁ, puls, pulmentum, quia πολεῖται.
πολὺς, multus, à πέλω, ſum.
πομφὸς, bulla, item βρῶμα τι πολτῶδες.
πόντος, ὁ, mare, pelagus, à ποτεῖν, vel πονεῖν.

πόπανον, popanum, placenta lata, tenuis & rotunda.
πόποι, dæmones vel dii, papæ, admirantis vel indignantis.
ποππύζω, ſibilo, blandè contrecto, à ſono.
πορεύω, traduco, ire jubeo, à πείρω.
πορίζω, tranſitum patefacio, aperio, paro, à πόρος.
πόρπαξ, κος, ὁ, annulus, quo haſta ligno jungitur.
πόρκος, ου, ὁ, rete piſcatorium, circulus quidam, à πείρω.
πόρνος, ſcortator, qui corpus ſuum περνᾷ.
πόρπη, fibula, annulus clypei, à πείρω.
πορσύνω, vel πορσαίνω, paro, à πόρω.
πόρτις, ιος, ἡ, vitulus, vitula, juvencus, juvenca, à πορδάλις.
πορφύρα, ας, ἡ, purpura, genus conchæ.
πόρω, ſuppedito, à πείρω.
Ποσειδῶν, ῶνος, vel ᾶνος & ῶν, Neptunus. παρὰ τὸ ποιεῖν τὸ πόθον, vel πόσιν διδοῦναι.
πόσθη, pellis, qua glans virilis tegitur, à πέος.
πόσις, potio, à πίνω.
πόσις, ὁ, maritus. Derivant à πόσις, potio.

ποταμὸς,

ποταμὸς, *fluvius*, à ποτὸς.
πότερος, *uter*, ab ὅς, ut ὁπότερος.
ποτὶ, *ad*, Dor. pro πρὸς, à ποτός.
πότμος, ὁ, *sors, casus, fatum, mors*, à πέτω.
πότνιος, *venerandus*, à πί-τνω, pro *cedo*.
πούς, ποδὸς, ὁ, *pes*. פסע pesah, *incedere*, Chald.
πόω, inusit. *bibo*.
πρᾶος, & πρᾷος, *lenis, mansuetus*, à πρᾶξ.
πραπίδες, αἱ, *praecordia, cura*, à πρὰν vel πραπίζω.
πρασιὰ, ᾶς, ἡ, *areola in horto*, à πράσον, vel πρασιάζω.
πράσον, τὸ, *porrum, allium*.
πράσσω, & ττω, ξω, *facio, ago, administro, tracto, vivo, exigo, cogo* ברא Chald. brá, *creavit, fecit*.
πραΰς, εῖα, ὺ, idem quod πρᾶος.
πρέθω, inusit. *uro*, à בער baár, *ardere*. Unde & Ger. brunen & brawen.
πρέμνον, *stipes, stips*, à πρέμνω.
πρέπω, *decorus sum, conspicuus sum, excello*, à πρὸ & ἔπος. πρέπει *decet*.

πρέσβυς, υος, & εως, ὁ, *senex*, à πῦρ & βίω.
πρέσβευς, *legatus*, à πρέσβυς, *senex*.
πρήθω, *incendo, inflo*, à πρέθω.
πρηνὴς, έος, ὁ, ἡ. *pronus, praeceps*, à πρὸ & νεύω.
πρηὼν, ῶνος, & πρῶν, ὁ, *eminentia montis*, à πρό.
πρίαμαι, *emo, redimo*, à περάω.
Πρίαπος, *Priapus, hortorum custos*.
πρὶν, *priùs, antè, antequam*, à πρό.
πρῖνος, υ, ἡ, *ilex arbor*.
πρίω, & πρίζω, *serrâ seco, stringo, alligo*, à πείρω.
πρὸ, *antè, coram*. Genitivum regit. πρῶτος, *primus*.
πρόβατον, *pecus, ovis*, à προβαίνω.
πρηγορεὼν, *gula, guttur*, à προσαγείρεσθαι.
προὶξ, & προῖξ, κὸς, ἡ, *donum, dos*.
προῖκα, *statim, repentè*, à προίξ.
πρόμαλος, *plantae species*, à πρὸ & μαλὸς.
πρόμος, *antesignanus*, q. πρόμαχος.

πρὸξ

πρὸξ, προκὸς, hinnulus, à πρὸ & ἀΐσσω.

πρός. Cum genitivo eſt, à, ab, ex, erga, cum, cum accuſativo ad, in, apud, inter, cum ablativo propè, juxta, à πορεία.

πρόσθεν, ante, à πρό.

προσφάτιμος, recens, ſubitus, à πρὸς & φάω, vel φαίνω, vel πέφνω.

πρόσφατος, recens interfectus, à πρὸς & φάω. Deinde recens in genere.

πρόσω, in anteriorem partem, à πρὸ.

προτὶ, idem quod πρὸς Doricè.

πρότερος, prior, à πρὸ.

προύμνη, ἡ, prunus.

πρυλέες, πρυλέας, pedites, conferti, à πελάω, vel πρό.

πρύλις, ſaltatio armata, quam pedites ſaltant, à πρυλέες.

πρυμνὸς, extremus, à πέρας. πρύμνα, puppis.

πρύτανις, ιος, ὁ, præfectus, adminiſtrator, cuſtos, tutor. Ducamus à πρῶτος.

πρυτανεύω, rego, procuro.

πρωῒ, manè, tempeſtivè, à πρὸ.

πρωκτὸς, ὁ, anus, nates, à πέρας & κάτω.

πρώρα, prora, à πρὸ.

πταίρω, ſternuto, à πτοέω.

πταίω, σω, impingo, titu-

bo, labor, fallor, à πέτω.

πτάω, inuſit. volo, as, à πέτομαι.

πτὲ, particula poët. ex ποτέ.

πτελέα, ulmus.

πτέρνα, ἡ, calcaneum, cujuſvis rei extremitas, dolus, à πέτω.

πτερὸν, τὸ, ala, remus, à πέτομαι. Hinc πτέρυξ, ala.

πτίλος, qui ex ciliis pili periere. πτίλα, molliores plumæ, à πέτομαι.

πτίσσω, & πτίω, σω, pinſo, tundo, decortico.

πτοέω, ήσω, terreo, à πέτω.

πτήσσω, metu contrahor.

πτόρθος, ramus, ab ὀρθὸς, plenius à πτάω & ὀρθός.

πτύγξ, γγος, ὁ, pynx avis.

πτύσσω, ξω, plico, explico, à πετάω.

πτύω, ύσω, ſpuo, exſpuo, contemno, à πέτω.

πτώσσω, trepido, trepidè oberro mendicans, à πτοέω. Hinc πτὼξ, pavidus, item lepus.

πτωχὸς, mendicus, à πτώσσω.

πύαρ, coagulum, à πύος.

πυγὴ, ῆς, ἡ, & πὺξ, nates, à πυκνὰ, quia denſa ibi caro.

πυγμὴ, ſpatium à cubito ad

digitos

digitos extenſum, à πύκα.

πυγμῆ, aſſiduè, à πύκα.

πύελος, ὁ, ſolium, alveus, patina grandiuſcula, à πύελος.

πύθω, σω, putrefacio.

πύκα, densè, ſpiſſè, prudenter, accuratè, affabrè.

πύλη, ἡ, porta, à πόλις.

πυμάτιξ, ακος, ὁ, fundum, manubrium gladii, à πυθμὴν.

πυνθάνομαι, & πεύθομαι, audio, intelligo, cognoſco, interrogo, à πύθος.

πὺξ, pugnò, vel pugnis, adverb. item aſſiduè, à πυγμὴ.

πύον, pus, à πύθω.

πόππυξ, vox poppyſmatis.

πῦρ, πυρὸς, τὸ, ignis, à [illegible], inuſ. i. e. [illegible].

πύργος, ὁ, turris, refugium, à πῦρ.

πυρετὸς. febris, à πῦρ.

πυρὴν, ῆνος, ὁ, nucleus, à πῦρ, quia ignea viſ ſeminis in eo eſt. Etiam eſt gemma quædam.

πυρὸς, οῦ, ὁ, triticum, frumentum, à πῦρ, vel potiùs à בר bár, triticum.

πυρπάλαμος, verſutus, à πῦρ & παλαμάομαι.

πυτίνη, ἡ, lagena vimine obducta, vimineum vaſculum, à πλέκω.

πώγων, ωνος, ὁ, barba, à πηγνύω.

πωλέω, vendo, à πελῶ, vel πῶλος.

πωλέω, verto, poët. à πολέω.

πῶλος, ου, ὁ, pullus, plerunq; equinus, puer, Etym. à πόα & ἅλλομαι.

πῶμα, τὸ, potus, à πίνω.

πῶμα, τὸ, operculum, palma Ægyptia, פום púm, os, Chald.

πῶρος, lapis quidam, callus.

πωρὸς, cæcus, à πωρὸς.

πῶρος, luctus, à πήθω.

πῶς, quomodo? quam, ab ὡς ex ὃς.

πῶυ, εος, τὸ, grex, à πάομαι.

πώϋγξ, γγος, ὁ, mergus quidam.

P

P Eſt litera decima ſeptima, quæ Eretrienſib. & Spartanis frequens erat pro σ. In numeris eſt centum, & quidem ſignarat 80. Pro 90 autem in arithmetico alphabeto interponitur alia figura, quæ vulgo ἡ ἐπίσημον dicitur, aliter *kophe*, vel *koppe*. (Unde & nomen *ſcopeta*) ex erecto Phœnicio Pe η. hoc modo ϡ.

ῥὰ, *certè*, *utique*, particula expletiva.

ῥᾶ, *facilè*, ex ῥᾳα.

ῥάβδος, *virga*, *bacillus*, *ramus*, *baſtile*, *vena metallica*, à ῥᾷον βαίνειν.

ῥάδαμνος, ὁ, *germen*, *ramus tener*, à ῥάδιος.

ῥάδιος, ία, ιον, *facilis*, *proclivis*, à ῥᾳα.

ῥάδιξ, ικος, ἡ, *ramus*, à ῥάδιος.

ῥάζω, *aſpergo*, à ῥαίνω.

ῥάθαγος, ὁ, *ſtrepitus*, à ῥάζω.

ῥαθάμιγξ, γγος, ἡ, *gutta*, poet. à ῥαίνειν θαμὰ.

ῥαιβὸς, *incurvus*, *intortus*, q. ἀ ῥᾷ & ὑβὸς.

ῥαίνω, *perfundo*, *aſpergo*, à ῥέω.

ῥαίω, *profligo*, *corrumpo*, *deſtruo*. Chald. רעא rea, *confringere*, *conterere*.

ῥάκος, τὸ, *lacera veſtis*, à ῥαγῆναι.

ῥάμνος, ἡ, *ſpina alba*, *ſpinoſus frutex*, à ῥᾷον μύειν.

ῥάμφος, εος, τὸ, *roſtrum avium*, à ῥαίειν.

ῥαντίζω, *aſpergo*, à ῥαίνω.

ῥὰξ, αγος, ἡ, *acinus*, à ῥήσσω.

ῥαπὶς, ίδος, ἡ, *virga*, *fibula*, à ῥαίω. Hinc ῥαπίζω, *verbero*, *flagello*.

ῥάπτω, ψω, *ſuo*, *conſarcino*, *machinor*, q. ῥᾷον ἅπτω.

ῥάχρις, ὁ, 1. *venter*, 2. *robuſtius*, à ῥώω.

ῥάσσω, ξω, *allido*, *vi decido*, idem quod ἀράσσω.

ῥάφανος, ὁ, ῥαφανὶς, ίδος, ἡ, *raphanus*, *radix*. ῥᾷδιον φαίνεσθαι.

ῥάχις, ἡ, *ſpina dorſi*, à ῥήσσω.

ῥᾷα, *facilè*, à ῥέζω, ut *facilè*, à *facio*.

ῥέγχω, & κω, *f.* ξω, *ſterto*, *rhonchizo*, à ῥὶς & ἠχῶ.

ῥέζω, *f.* ῥέξω, & ἔρξω, *facio*, *ſacrifico*. רצה ratsáh *voluit*, Hebr.

ῥέθος, εος, τὸ, *membrum*, *corporis pars*, à ῥέω, ut ῥυθμός.

ῥεῖα, pro ῥᾷα poët.

ῥέμβω, *in gyrum ago*, q. ῥέα ἀμείβω.

ῥέπω, *f.* ψω, *vergo*, *propendeo*, *inclino*, *propenſus ſum*, *pertineo*.

ῥέω, *fluo*, *evaneſco*, *fundo*. רוה revá, *irrigo*.

ῥέω, *dico*, ab ἐρέω.

ῥηὸν, *ovis*, ab ἄρς, ἀρνὸς.

ῥηταὶ, αἱ *ſublicæ*, *tigilla ad ſubſtructiones apta*.

ῥήσσω, ξω, ῥηγνύω, & υμι, *frango*, *tingo* רעץ ráz, *rumpere*, Heb.

ῥητίνη, *reſina*, à ῥέω.

ῥήτρα, *lex*, propriè Lycurgi. Am. Marc. lib. 15. à ῥέω, *dico*, q. dictum, ſententia.

ῥῖγος, εος, τὸ, *rigor*, *frigus vehemens*, à ῥιγόω.

ῥίζα, ἡ, *radix*, per quam ῥεῖ τὸ ζῆν.

ῥικνὸς, ῦ, ὁ, *rugoſus*, à ῥιγνόω.

ῥὶν, & ῥὶς, ῥινὸς, ἡ, *naſus*, à ῥεῖν.

ῥίνη, ἡ, *lima*, à ῥινίω, item *ſquatina piſcis*.

ῥινίω, *polio*, & velut *limo*.

ῥινὸς, ῦ, ὁ, vel ἡ, per quam ſudores ῥέουσι.

ῥίον, τὸ, *montis cacumen*, *promontorium*, ab ὀρίω.

ῥιπὶς, *flabellum*, à ῥίπτω.

ῥίπτω, *f.* ψω, & ῥιπτέω, *f.* ήσω, *projicio*, *præcipito*, à ῥέπω.

ῥὶψ, *vimen*, *ramus ſalignus*, à ῥέπω.

ῥοὰ, & ῥοιὰ, ᾶς, ἡ, *malus Punica*, *ejuſque fructus*.

ῥογὸς, *horreum*.

ῥογάω, *floreo*.

ῥόδον, τὸ, *roſa*, à ῥέω & ὀδμή.

ῥόθος, ὁ, *undarum ſtrepitus*, *tumultus*, à ῥέω & θέω.

ῥοῖζος, ὁ, *ſtridor*, *impetus*, *caligo*, à ῥέω.

ῥοικὸς, *incurvus*.

ῥομφαία, *framea*, à ῥέμβω.

ῥόπαλον, *clava*, à ῥέπω.

ῥοφέω, & άω, ήσω, *ſorbeo*, *exhaurio*, à ῥέω, & ἀφή.

ῥοχθέω, *ſonum edo*, à ῥόθος.

ῥύγχος,

ῥύγχος, εος, τὸ, *roſtrum, rictus*, propriè porci, à ῥέγχω.

ῥυθμὸς, *concinnitas, quicquid certo ordine, modo & ratione fit*, à ῥέω vel ῥύω.

ῥύμη, *vicus, tractus in urbe*, à ῥύω, *traho*.

ῥυμὸς, *temo currus, lignum inter equos, quo currus* ῥύεται, i. e. *trahitur*.

ῥύπος, *ſordes*, metaph. *avaritia*.

ῥύπτω, *ſordes eluo, purgo*, à ῥύπος.

ῥύσιμον, *rutæ*, à ῥύομαι.

ῥυσμὸς, *ſeries*, à ῥύω, *traho*.

ῥυφὸς, *incurvus*, Æolicè à ῥάπτω.

ῥύω, vel potiùs ῥύομαι, *traho, tueor*, ut ἐρύω, unde deſcendit.

ῥῶ, *fluo*, à ῥέω.

ῥωγμὴ, *rima*, à ῥήσσω.

ῥώθων, ωνος, ὁ, *nares*, frequentiùs plur. ῥώθωνες, à ῥὶς, vel ῥέω.

ῥωννύω, υμι, ώσω, à ῥώω. inuſit. *confirmo, roboro*.

ῥῶπος, *merx non magni momenti*, à ῥάπτω.

ῥὼψ, *virgultum*, à ῥάπτω.

Σ

Σ *Eſt Græcorum* XVIII. *litera*. Dicitur *ſigma* pro *ſimega* à *ſamech* ס Hebræo, quæ vox continuationem notat. Dores vocant σὰν, quod ex שׁ Hebræa litera factum. Attici interdum pro *eo* habent ξ, item ϛ, in numeris eſt 200.

σάβανον, *pannus aſperior deſiccandis corporibus*. Arabibus סבן ſabán, *ſudariolum, faſciola*; & Rabbinis סבני ſobni *ſabanum*. סאב ſâb eſt *polluere* Syris.

σαβοῖ, *vox bacchantium*. σάβοι, *initiati Baccho*.

σάγαρις, εως, ἡ, *ſecuris Amazonum*.

σαγήνη, *ſagena*, à σάττω.

σάγος, τὸ, *ſagum*, à σάττω.

σαθέριον, *ſatherium, animal quoddam*.

σαθρὸς, *marcidus, putris*, à σήθω. Suid. παρὰ τὸ σαλεύεσθαι τὰ ἄρθρα.

σαίνω, *caudam moveo*, à σείω.

σαίρω, *verro*: item *ſum ore hianti*.

σάκκος, *ſaccus*.

σάκος, *clypeus*, *ſcutum*.

σάκχαρ, σακχάριον, *ſaccharum*. סכר Arab. *inebriari* סכר *ſaccharum*.

σαλάκων, ωνος, ὁ, *pauper*, *qui opulentiam ſimulat*, *jactabundus*.

σαλαμάνδρα, ας, ἡ, *ſalamandra*.

σάλος, ὁ, *ſalum*, *maris ora*, *in qua naves ſtant ad ancoras*: *jactatio ejus*, *qui navigat*, *& quidem ea*, *quam affert tempeſtas*, *cura*, à σείω & ἅλς. Arab. סאל eſt *fluere*.

σάλπη, ἡ, *ſalpa*, *piſcis*.

σάλπιγξ, γγος, ἡ, *tuba*, *buccina*, *piſcis & avis quædam*, à σάλος & ὄψ.

σαμβύκη, *ſambuca*, *inſtrumentum muſicum & bellicum*. Chal. סבבא ſabbeca, *Dan.* 3. 5.

σαμψύχον, *majorana herba*, vel *amaracus*.

σανδάλιον, *calceamentum muliebre*: Etiam Syris סנדל ſandal. סינא ſena, Chald. eſt *calceus*, & דל dal, *ſuſpendere*.

σανίς, ίδος, *tabula*, *aſſer*.

Etym. q. τανίς, à τείνω, *extendo*.

σάος, *ſanus*. ישע jéſa, *ſalus*, Hebr.

σαπέρδης, ου, ὁ, *ſaperda piſcis*.

σαπρὸς, *putris*, à σήπω.

σάπφειρος, ἡ, *ſapphirus gemma*. Hebr. ספיר ſappir.

σαργάνη, *ſporta*, *ciſta*, *vinculum*, à σάττω. σαργανόω, *annecto*.

σάργος, *ſargus piſcis*.

Σαρδὼ, & Σαρδὼν, όνος, ἡ, *Sardinia inſula*.

σάρισσα, *Macedonica haſta*.

σὰρξ, κὸς, ἡ, *caro*. Dorienſ. σύρξ, à σύρω, quia pellis ab ea σύρεται. סרח ſerách, eſt *putere*, Chal. Et caro animâ, ceu ſale ſuo, carens, facilè putet.

σαρόω, *verro*, à σαίρω.

σάρπος, *arca*.

σαρωνὶς, *quercus cava*.

Σατανᾶς, *Satanas*, *adverſarius*, à שטן ſatán, *adverſari*, Hebr.

σατίνη, vel σάτινον *plauſtrum*, à σάττω.

σάτον, *frumenti menſura*, *tertia pars ephæ*, ab Hebr. סאה ſeáh, & ſeáth in conſtructione.

σατράπης,

σατράπης, ὁ, vox Perſica, *præfectus, ſatrapa.*

σάττω, ξω, *onero, ſarcio, conſtipo.* Hebr. שחת ſcháth, mollius ſáth, *ponere.*

σάτυρος, *ſatyrus,* à σάθη.

σαυκὸς, *aridus,* q. χαυνός.

σαυλὸς, ᾶ, ὁ, *delicatus, mollis, fluxus, levis.* Etiam σαυνὸς, & σαυχρὸς.

σαυνίον, *ſaunium,* eſt jaculi genus barbarici.

σαῦρα, vel σαύρα, ἡ, σαῦρος, ȣ, ὁ, *lacerta, us.*

σαυσαρισμὸς, *linguæ haſitatio, ex ariditate,* à σαυκὸς.

σαφὴς, ἔος, ὁ, ἡ, *manifeſtus, certus,* q. σάον φάος, vel à צפה.

σάω, *ſervo,* poët. item σαώζω. Hinc σαωτὴρ, *ſervator.*

σβέννυμι, *f.* σβέσω, *exſtinguo,* ab inuſ. σβέω, סב ſàb, *conſeneſcere,* Chald.

σέβιον, *palmæ involucrum.*

σέβω, *veneror, colo, adoro,* q. σεῖν βοῶ.

σεῖος, Laconicè pro θεῖος *divinus.*

σειρά, ᾶς, *catêna, funis, linea, ſera & obex.* שירא ſchera, molliùs ſerà, Chald. eſt *ſolvere.*

σειρὴν, *ſiren,* ab εἴρω.

σείριος, *ſirius, canicula,* à

σαίρω, quòd lucem q. hiando emittat.

σείω, *quatio, agito,* à זוע zuá, *quod* Heb. eſt *movere, agitare.*

σελαγέω, *ſplendeo, fulgeo,* à σέλας.

σέλας, ατος, τὸ, *fulgor, lumen,* ab ἕλη, vel pleniùs à σαίρω & ἕλη.

σέλαχος, τὸ, *genus piſcium cartilaginoſum,* à σέλας.

σελγικὶς, ίδος, ἡ, *poculi, navis, & veſtis quoddam genus.*

Σελήνη, *luna,* à σέλας νέον, quia ſubinde novas phaſes accipit.

σέλινον, *apium herba,* ab ἕλος.

σελὶς, ίδος, ἡ, *pagina, ſpatium inter lineas:* Idem etiam, quod σέλμα, à σέλας.

σελλὸς, *ſellus, pauper, qui dives haberi volebat, jactator.*

σέλμα, *ſpatium inter tabulata navis, tranſtrum,* à σελὶς.

σελμὶς *funiculus piſcatorius,* à σείω, & εἰλεῖν.

σεμίδαλις, *ſimila.*

σεμνὸς, *venerabilis, auguſtus, ſanctus, honeſtus, gravis,* à σέβω.

σέννα, *Sena,* planta inter purgantes excellens.

 Vox

Vox éſt Mauritana, ut volunt.

Σεοὶ, *dii*, Dor. melitis, σιοὶ.

σεπτὸς, *venerabilis*, à σέβω.

σεραπιὰς, άδος, ἡ, *ſerapias herba*.

σέρις, ιος, ἡ, *cicerti genus*.

σέριφον, & ιον, *abſinthium marinum*.

σέριφος, *anus, quæ virgo permanet*, à σέριφος, *locuſta*

σέρφος, *inſectum vile formicæ ſimile, culex*.

σέσελι, τὸ, & ις, ἡ, *ſeſeli herba*.

σήθω, inuſ. ex σείω.

σήθω, *cribro*, à σείω.

σηκὸς, οῦ, ὁ, *ſtabulum*, propriè *ovium & caprarum, avium loculi, domus, templum*. סג ſig, *ſepire*, Heb. סך ſách, *tegere*, Chald. Eſt etiam *pondus*, vel *ſtatera*; unde σηκόω, *pondero*, σήκωμα, *æquipondium*.

σῆμα, *ſignum, nota, vexillum, ſepulcrum*. Chald. סמן ſimmén, *ſignare*.

σήμερον, *hodie*, q. τῇ ἡμέρᾳ.

σήπω, ψω, *putrefacio*. סף ſáph, *finiri, conſumi*, Heb. שבז ſcébaz, *putredo*, Chald.

σήραγξ, *rima & fiſſura terræ*, à σεσηρέναι verbi σαίρω.

Σῆρες, *Seres, populus*. Item *vermiculi, qui nent ſericum*.

σὴς, *tinea*, Heb. סס, *tinea*.

σησάμη, & ον, *ſeſamum, frumenti Indici genus*.

σῆτες, adverb. *hoc anno*, pro τῆτες, τῷ ἔτει. Hinc σητινὸς, *hornus*.

σθένω, *valeo, poſſum*, à σθένος.

σιαγὼν, όνος, ἡ, *maxilla*, à σείω & ἄγω.

σίαλον, τὸ, *ſaliva*, à σείω.

σίαλος, *porcus ſaginatus*, à σιτεύω & ἅλις.

Σίβυλλα, ἡ, *Sibylla*, q. σιοῦ βουλή.

σίβδη, *malum granatum*, à σίδη.

σιγάω, ήσω, *ſileo*, à σίζω.

σίγλαι, αἱ, *inaures*, à סגלה ſegyllah, *peculium*, Hebræis; vel à figura *ſegol* vocalis, unde & Chald. & Rabbin. סגול ſegol, *botrus*.

σιγλαὶ, *cifræ, notæ compendiariæ in ſcribendo*, vel quod per eas aliquid σιγῶμεν, vel à figillis.

σίδη, ἡ, *Punica malus*, vel *fructus*, à Sida Bœotiæ oppido.

σίδηρος, ὁ, *ferrum*, à σίζω.

σίζειν, *dicitur de ferro candente, quum in aqua extinguitur*, à *ſono*.

σίκυος, & υς, ὁ, *cucumis*, à σεύεσθαι & κίειν. Dicitur & σίκυς, υος.

σικχὸς,

σικχὸς, *injucundus, moleſtus, imbecillis, deriſor.* σικχα-σία, *tædium.*

σίλιγνις, σίλιγνις, *ſiligo,* à Latino.

σίλλος, *ſcomma,* à σείειν ἰλλοὺς.

σίλουρος, *piſcis,* quia σείει τὴν οὐράν.

σίλφη, ἡ, *blatta.*

σίλφιον, *laſerpitium, frutex.*

σιμαὶ, μέλισσαι, *apes,* quia obtuſiorem habent aculeum, quam veſpæ, à σιμὸς.

σίμβλα, *cistarum partes ſumma.*

σίμβλος, vel η, vel ον, *alveare,* à σιμαὶ & βάλλω.

σιμὸς, *ſimus, preſſis naribus.*

σινάμωρος, *ad alios lædendos natus,* à σίνω & μόρος, *fatum.*

σινδὼν, όνος, ἡ, *ſindon, amictus ex lino, linteum tenue.* Heb. סדין ſadin eſt *ſindon.*

σίναπι, ιος, τὸ, *ſinapi,* à σίνω τὰ ὦπας.

σινιάζω, *cribro, concutio,* à σινίον.

σίνω, & σινέω, *noceo, lædo.* סנא ſenâ, *odiſſe,* Ch.

σινώπη, *urbs quædam Ponti.*

σινωπίζειν, *laſcivire more ſcorti:* à Sinope impudica muliere.

σίον, τὸ, *ſium, laver.*

Σιὸς, Deus, Doricè; quia omnia σείει, vel à Θεὸς, retento ſibilo, qui eſt ſpiritus, & abjecto τ. Nam vetuſtiores ſcribebant τ ibi.

σίπαλος, & ος, *deformis, impurus.* Vide σιφλὸς.

σιπύη, ἡ, *arca,* propriè *panaria,* à σῖτος & ξύλος, vel *πύω.*

σίραιον, τὸ, *defrutum, ſapa.*

σιρὸς, vel σειρὸς, *ſirus, fovea in uſum granarii cavata,* q. σωρὸς.

σίσαρον, τὸ, *ſiſer, olus.*

σισύμβριον, *ſerpillum ſilveſtre.*

σισύρα, ἡ, *veſtis è pellibus caprinis, penula, vile ſtragulum.* שער ſeâr, *pilus,* Hebr.

σίσων, vel σίσον, ωνος, ὁ, *ſemen, apio ſimile.*

σῖτος, ὁ, *frumentum, panis, annona, commeatus.*

σιτηρέσιον, *ſtipendium,* à σῖτος & αἱρέω.

σίττα, *vox paſtorum, ut ſiſtatur grex,* à σοῦ, *curre.*

σισύβη, *veſtis pellicea.*

σίπυβος, *genus vaſis.*

σιφλὸς, *deformis, debilis.* Ducamus à σιφὸς vel σιφρὸς, vel à סף ſaph *limen,* Hebr.

σιφνὸς, ὁ, *vacuus,* ספה ſapha, *conſumere, deficere,* Hebr.

σίφων, ωνος, *tubus, canalis, inſtrumentum ad aquam emittendam*, à σιφὸς.

σιωπάω, ήσω, *ſileo*, à σιγάω & ὄψ.

σκάζω, *claudico*. שוק ſchók, *crus*, Hebr.

σκαιὸς, *ſiniſter*, à σκάζω, vel שוא ſchav, *vanitas*.

σκαίρω, *ſaltito, tripudio*, שקר ſchakar, *ſaltare*, Rabb.

σκαληνὸς, σκαληνὸν, τρίγωνον, *cuius tria latera ſunt inter ſe inaequalia*, à σκάζω.

σκάλλω, *ſodio*, à κόλλω, i. e. *moveo, ſeco*.

σκαλμὸς, *ſcalmus*, à σκάλλω, vel σκαίρω.

σκάλοψ, *talpa*, quia σκάλλει ὀπὰς.

σκαμβὸς, *qui obliquus in latus procedit*, à σκάζειν, vel σκαιῶς βαίνειν.

σκαμμωνία, & ία, *ſcammonium herba*.

σκάνδαλον, *ſcandalum*, à σκάζω.

σκιδαφερίζω, vel potiùs σκινδαφερίζω, *medio digito naſum ferio*.

σκάνδιξ, ικος, *ſcandix, olus quoddam*.

σκαπέρδα, *ludi genus*.

σκαπερδεῦσαι, *convitiari*.

σκάπτω, *ſodio, excavo*. Heb. כף caph, *cavum*.

σκαρδαμύττω, *oculis ſalientibus crebrò conniveo*, à σκαίρω & μύω.

σκαρίζω, *ſalio*, à σκαίρω. Eſt etiam *palpito, turbor, bullio*.

σκάριφος, vel ον, *ſtylus, penicillus, feſtuca*, à γράφος.

σκαριφεύειν, *radiis delineare, ſcarificare*, à σκάριφος.

σκαῦρος, *ſcaurus*, quia difficulter σκαίρει.

σκάφη, *ſcapha, vas oblongum*, à σκάπτω.

σκεδάζω, vel δάζω, άσω, *diſſipo, diſcerpo*. שדא ſchedá, *effundere, ejaculari*, Chald.

σκεθρὸς, ὁ, *exactus, exquiſitus*. Ducamus à σχεῖν, *habere*. Ut ſit quaſi *habitus*, Heſych. vel σκεθρὸν eſt *validum*, quod videtur eſſe à ישע jeſchá, *ſalus*, Hebr.

σκείρων, *ventus è Scironiis ſaxis ſpirans*.

σκελετὸς, *aridus*, à σκέλλω.

σκέλλω, *exſicco, areſacio, attenuo*. χάω. σκελλὸς, ὁ, *aridus*, item *diſtortus*.

σκέλος, εος, τὸ, *crus, pedes*, à σκέλλω.

σκέπαρνον, *aſcia, dolabra, bipennis*, à σκήπτω, *cum impetu immitto*.

σκέπτομαι, *circumſpicio, deſpicio*,

ſpicio,

ſpicio, inviſo, viſito, video, ſpeculor, perpendo, delibero, conſulto: שָׁקַף ſcakáph, eſt *reſpicere*. Heb.

σκέπω, *tego, velo, operio*. סָךְ ſāc, *tegere*, Heb.

σκερϐόλος, *convitiator*, à κέαρ & βάλλω, vel à σκῶρ.

σκεῦος, ους, τὸ, *vas*: ut *utenſile*. σκευάζω, *inſtruo, conficio, paro*, à σκῶ, i. e. *capio*. שְׁוָא ſchevá, *ponere*, item *utile eſſe*, Chald.

σκηνὴ, *tabernaculum, tentorium, compotatio, tabernaculum theatri, actio ſcenica*. שְׁכַן ſchecan, *habitare*, Chald.

σκηνίπτω, idem quod σκορπίζω, &, ut videtur, proprie de animati corporis diſcerptione dicitur, ut ſit q. σκῆνος ἰπτειν, id eſt, *corpus lædere*, σκῆνος *corpus* eſt in quo σκηνοῦται anima. Vide διασκηνίπτω.

σκηπτὸς, *fulmen*, à σκήπτω, *cum impetu cado*.

σκήπτω, *innitor, incumbo, cado, decido, immitto*.

σκῆπτρον, *ſcipio, baculus*, ſuper quo quis σκήπτεται, fulcitur inter eundum.

σκηρίπτω, *fulcio*, à σκήπτω.

σκιὰ, ᾶς, *umbra, ſocius convivæ*. שָׂךְ ſāc, *tegere*, σκιαὶ, *manes, umbræ*.

σκίγγος, vel γκος, *crocodilus terreſtris*.

σκιδνῶ, *diſpergo*, à σκεδάω.

σκίλλα, ἡ, *ſquilla, herba*. Ducamus à σκέλλω.

σκιμαλίζειν, *digitum infamem ſeu medium oſtendere*; Item *digito immiſſo tentare, an gallinæ ova conceperint*.

σκίμπτω, & σκήμπτω, *nitor*, à σκήπτω.

σκίναξ, *agilis ad ſubſiliendum*, à κινεῖν, vel à σκαίρω.

σκίναρ, *fœtus*, à σκίναξ.

σκινδαψὸς, ὁ, *planta quædam hederæ ſimilis*: item *muſicum inſtrumentum*.

σκινδαλίζειν, vide σκανδαλίζειν.

σκινθοὶ καὶ κολυμβῶνται, *manent & ſe ſubmergentes*. Ducatur à σκίναξ.

σκίπων, *ſcipio*, à σκήπτω.

σκίῤῥος, ὁ, & ον, *marmoris fragmentum, cæmentum, gypſus*. σκίῤῥος, *tumor*.

σκιρτάω, *ſalto*, à σκαίρω.

σκιτπὸς, *parcus*, à σκνὶψ, Idem quod κνὶψ.

σκιταλοὶ, *homines viles & improbi*, à *Scitone quodam*.

σκολιὸς, *tortuoſus, obliquus, pravus*. à σκόλλος.

σκολόπαξ, *gallinago avis*, vel *piſcis quidam*.

σκολοπένδρα,

σκολόπενδρα, *animalculum multipes.*

σκόλος, *ſpinæ ſpecies.*

σκόλοψ, οπος, ὁ, *palus, vallus*, à σκάλλω.

σκόλλυς, ὁ, *villus*, à σκολιός.

σκόλυθρος, *humilis*, à σκύλλω.

σκόλυμος, ὁ, *ſpecies quædam cardui*, à σκόλος.

σκολύπτω, *evello, lacero*, à σκόλλυς & ὀλόπτω.

σκόλυφρος, *tetricus.*

σκόμβρος, *ſcombrus piſcis.*

σκορδινάομαι, *pandiculor*, à σκόροδον.

σκόροδον, τὸ, *allium.*

σκορπίζω, σω, *diſſipo, ſpargo*, à σκαίρω, q. *diſſilire facio.*

σκορπίος, ὁ, *ſcorpius*, quia σκορπίζει ἰόν. Item *circianus.*

σκότος, ου, ὁ, & εος, τὸ, *tenebræ, caligo*, à σκιά.

σκύβαλον, *fæx, ſtercus, fimus, quiſquiliæ*, q. κυσὶ βαλλόμενον.

σκυδμαίνω, *iraſcor, triſti vultu ſum*, à σκύζω.

σκυζάω, *catulio*, à κύων.

σκύζω, *placidè admurmuro*, ut canis: item *ad iram concito*, à κύων.

σκύθης, 1 *Scytha*, 2. *ferrum.*

σκυθρὸς, ὰ, ὸν, *qui eſt tetrico vultu*, à σκύζω.

σκύλαξ, *catulus*, à κύων: aliter ab ἴσχειν ὑλακήν.

σκύλλω, *vexo, moleſtiam exhibeo, fatigo.* סכל ſecál, vel ſcál, *offendo*, Syr.

σκῦλον, *ſpolium*, à σύλη, Heb. שלל ſchalál eſt *ſpolium.*

σκύμνος, *catulus*, à κύων.

σκυνίον, *ſumma palpebra, cilium*, à κῦλον, vel potiùs à σκηνοῦν.

σκυτάλη, *ſcytale, ſcutica, fuſtis*, à σκῦτος.

σκῦτος, εος, τὸ, *corium, pellis, ſcutica*, à ξύω.

σκύφος, ου, ὁ, & εος, τὸ, *ſcyphus*, à κυφός.

σκώληξ, ηκος, ἡ, & ὁ, *vermis*: quia terram σκάλλει.

σκῶλος, ὁ, *ſpina, palus præacutus & præuſtus*, à σκάλλω. Hinc σκῶλον, *offendiculum.*

σκωλύπτω, pro σκολύπτω, poët.

σκώπτω, *cavillor, contumelioſis geſtis ſubſanno*: q. σκαιῶς ὄπω, vel ὄπτομαι.

σκῶρ, gen. σκατός, τὸ, *ſtercus, oletum.*

σκωραμὶς, *laſanum*, à σκῶρ & ἀμίς.

σκωρία, *ſcoria*, à σκῶρ.

σκώψ,

σκὼψ, *ſcops, è noctuis, q. σκωπτικὸς ὤψ.*

σμαραγέω, *reſono, ſtrepo, à μάρη.*

σμαρὶς, ἴδος, ἡ, *piſcis quidam puſillus.*

σμάω, & έω, *abſtergo, detergo, defrico, purgo.*

σμερδαλέος, *terribilis, à μέρδω.*

σμῆνος, εος, τὸ, *examen apum, alveare, ſermonis ſuavitas, eloquentia*, ab ἑσμός.

σμήχω, *abſtergo, à σμάω.*

σμῖλαξ, ακος, ὁ, *taxus, arbor ſeralis & venenata.*

σμίλη, ἡ, *ſcalper, ſcalprum, à σμάω.*

σμίνθα, *mus domeſticus, à σμάω.*

σμυγερὸς, *ærumnoſus, à σμύχω.*

σμύρις, *ſmyris, lapis quidam.*

σμύρνα, *myrrha, à μύῤῥα.*

σμύχω, ξω, *attero, conſumo, inflammo, à σμάω.*

σμῶδιξ, ικος, & σμώδιγξ, ιγγος, ἡ, *vibex, livor ex percuſſione, à σμάω.*

σμωδίζειν, *mandere, convitiari, à σμάω.*

σοβέω, ήσω, *abigo, expello, à σοῦ, in fugam conjicio.*

σίκυος, ὁ, *cucurbita, lactuca leporina, q. σιὼν κύουσα.*

σομφὸς, *inanis, fungoſus, ſpongioſus.*

σῶος, *ſalvus, ſoſpes, perfectus, à* יְשַׁע jeſa, *ſalus*, Hebr.

σόος, *impetus, à σεύω.*

σολοικισμὸς, *ſolœciſmus in Græco ſermone.*

σορὸς, ἡ, *loculus, ſepulcrum.*

σοῦ, *vox abigentis oves, curre, à σόω.*

σοῦσον, τὸ, *lilium*, Hebr. שׁוֹשַׁן ſchoſchán, mollius ſoſan à ſex foliis. שֵׁשׁ ſchéſch mollius ſes eſt *ſex.*

σοφὸς, *ſapiens.* צֹפֶה tſopheh, *ſpeculator*, Hebr.

σόω, *ſervo, à σῶος.* Item *in fugam conjicio, ex σεύω.*

σπάθη, *ſpatha, rudicula, gladius, inſtrumentum textorium, palma, à σπάω.*

σπαίρω, *palpito, vibro, tremo.* Vide ἀσπαίρω.

σπανὸς & σπάνιος, *rarus, infrequens*, q. contractus, *à σπάω.*

σπαράσσω, & ττω, ξω, *lacero, vellico, à σπείρω, ſpargo.*

σπάργανον, *faſcia, qua infans involvitur, à σπείρειν γόνον.*

σπαργάω, *tumeo, diſtentus ſum*, ut, quum ubera lactis ſunt plena.

σπάρτον,

σπάρτον, ſpartum, etiam σπάρτος, ὁ, à σπείρω.

σπάταγγος, ὁ, ſpatangus ex echinorum genere.

σπατάλη, deliciæ, à σπαθάω, prodigo, q. prodigè licia telæ addo, à σπάθη.

σπάτος, εος, τὸ, corium, pellis, Bœot.

σπάω, άσω, traho, ut labiis, contraho, extraho, vello. שפת ſaphá, labium, Hebr.

σπεῖρα, ſpira, flexuoſa linea, cohors, legio, à σπάω.

σπειρόω, in ſpiram colligo, involvo.

σπεῖρον, funis nauticus in orbem convolutus, σπεῖρα.

σπείρω, ſemino, ſpargo. זרע dſera, ſemen, Hebr.

σπέλεθος, πέλεθος, σπέλλεθος, ὁ, ſtercus, excrementum, à σπῖλος.

σπένδω, σπείω, libo, fœdus ineo. σπονδὴ, libatio. Ducamus à πίω, potum do.

σπέος, εος, τὸ, ſpecus, antrum, à σπέω, vel σπάω.

σπέρμα, τὸ, ſemen, à σπείρω.

σπέρχω, urgeo, propello, iraſcor, feſtino, q. σπεύδω ἐρχόμενος.

σπέω, ſequor, ex ἕπω, ab ἕω.

σπεύδω, f. σω, feſtino, q. σπάν ὁδόν.

σπήλαιον, & σπῆλυγξ, ſpelunca, à σπέος.

σπιλάδες, lapides prægrandes in itineribus projecti, pœnis loco, à σπίλας.

σπιδὴς, ſpiſſus, à σπίζω.

σπίζα, avis, à ſono.

σπίζω, extendo, expando, à σπάω.

σπιθαμὴ, ἡ, ſpithama, ſpatium inter pollicem & minimum digitum expaſſum, palmus major, dodrans; à σπίζω.

σπῖλα, fraces, στέμφυλα, Heſ.

σπιλάς, rupes, à σπέος.

σπῖλος, ὁ, macula, labes, à σίπαλος.

σπίνδαρις, avis peregrina, avis incendiaria, Plin.

σπινθὴρ, ῆρος, ὁ, ſcintilla, à σπᾶν & αἴθω.

σπῖνος, fringilla, avis, à ſono.

σπλάγχνον, viſcus. σπλάγχνα, cor, affectus tener & maternus, à σπλὰν Doricè pro σπλὴν.

σπληδὸς, cinis, à σποδός.

σπλὴν, ηνὸς, ὁ, ſplen, lien.

σπόγγος, ὁ, ſpongia, à σπᾶν ὑγρά.

ὑγιᾶ. Sed ספג ſephag, Rab. eſt *tergere, inſtar ſpongiæ ſugere*. Hinc ספוג ſaphóg. Arab. ספנגה ſaſanga, *ſpongia*.

σποδὸς, ὁ, *cinis*, à σβέω.

σποδέω, *ferventi cinere obruo, percutio, purgo*. Item *ſubagito* obſcœna ſign.

σπολὰς, άδος, ἡ, *veſtis coriacea, pellicea*, à σπόλια.

σπολὴ, *ſtola*, Heſ. pro ϛολή.

σπόλια, τὰ, *lana, quæ ex ovium crinibus evelluntur*, à σπάω & ὄλον.

σπόνδυλος, *vertebra, ſpina dorſi*, à σφίγγω.

σπουδὴ, *feſtinatio, ſtudium*, à σπεύδω.

σπυραθία, ἡ, σπύραθος, ὁ, ἡ, σπυρὰς, άδος, ἡ, *fimus caprinus*.

σπυρὶς, *ſporta, corbis, fiſcella*, à πυρὸς.

σταγὼν, *ſtilla*, à ϛάζω.

στάδιος, ία, ιον, *firmus*, ab ἵστημι. στάδιος, ὁ, ſubſt. & στάδιον, τὸ, *ſtadium*.

στάζω, ξω, *ſtillo*.

σταθμὸς, *ſtabulum, ſtatera*, ab ἵστημι.

στάθμη, *regula, amuſſis*, ab ἵστημι.

σταὶς & σταῖς, αιτὸς, τὸ, *farina triticea, aquâ ſubacta, adeps*, à στάω.

σταλάζω, & σταλάω, *ſtillo*, à στάζω.

στάμνος, ὁ, ἡ, *urna, hydria, amphora*, à στάω.

στατὴρ, *pondus*, ab ἵστημι, *pondero*.

σταυρὸς, ὁ, *vallus, crux*, à στάω, & αὔρα.

σταφὶς, ίδος, ἡ, *uva paſſa*, à σταφυλὴ.

σταφυλὴ, *uva*, à στάζω, & πολὺς.

σταχάνη, Dor. *trutina*, ab ἵστημι, *pondero*.

στάχυς, υος, ὁ, *ſpica*, à στίξ, *ordo*, ex στείχω.

στάω, *ſto*, inuſitat. ab Heb. שות ſcháth, *poſitum eſſe*.

στέαρ, ατος, τὸ, *ſevum, fermentum*, à στάω.

στεγνὸς, *opertus, ſolidus*, à στέγω.

στέγω, ξω, *operio, contineo, tolero, impedio, propulſo*.

στεῖα, vide στία.

στείβω, *calco, conſtipo*, à στῖον & βαίω.

στειλειὰ, ᾶς, ἡ, *foramen ſecuris, in quod immittitur lignum*. στειλεὸν, τὸ, *ſecuris manubrium*, à στέλλω.

στεῖρος, *ſterilis*, à στερέω.

στεῖρα

στεῖρα, *carina*, quia στερεά.

στείχω, *vado*, *ordine incedo*, fortè à στοιά.

στλεγγὶς, ἡ, *ſtrigilis*. Item *coronamenti genus*, *lamina*, à στίλλω, *orno*.

στέλεχος, εος, τὸ, *truncus*, *caudex*, qui ex radice στέλλεται.

στελὶς, ίδος, ἡ, *viſcum*, *quod arbori innaſcitur*.

στέλλω, λῶ, *mitto*, *inſtruo*, *apparo*, *orno*, *contraho*, *reprimo*, *compeſco*.

στελμωνίαι *faſciæ*, *quibus canum lumbi præmuniuntur*. à στέλλω.

στέμβω, *conturbatio afficio*, *aſſiduè moveo*, à στείβω.

στέμφυλα, τὰ, *vinacea*, item *fraces*, à στεμφὶς

στέμφω, *moveo*: unde ἀστεμφὲς & ἀστεμφὴς, *immotum*.

στενὸς, *anguſtus*, *arctus*, à στεῖνος.

στένω, *gemo*, ab anguſto corde, à στενὸς.

στέργω, ſ. ξω, *naturali charitate complector*, quia στοργαὶ στερεῶς ἄγουσι, vel στέρνον ἄγουσι.

στερεὸς, ὰ, *ſolidus*, *integer*, *perfectus*, *rigidus*, *firmus*, à στάω.

στερέω, ſ. ήσω, έω, *privo*, *orbo*. סהר *deſluere*, Chald.

στέρνον, τὸ, *pectus*, quia στέῤῥόν.

στέρφος, τὸ, *pellis*, quia στερεὸν, & ἀρφεὸς, vel à στέφω, *tego*. Dicitur etiam τέρφος.

στεφάνη, *corona*, *vertex*, *orbis*, *cribri ambitus*, *montis culmen*, *galeæ ſpecies*, *angula*.

στέφω, ψω, *corono*, *redimio*. στέφανος, *corona*.

στῆθος, εος, τὸ, *pectus*, à στῆναι, *ſtare*. στῆθαι, *cautes ſcrupuloſæ ſub aqua latentes*.

στήκω, *perſto*, *firmus ſum*, à στάω, ut ἑστήκω.

στήλη, *lapis*, *è terra exſtans*, *munitionis* vel *ſigni gratiâ*, à στάω.

στήνια, *feſtum erat Athenis*, *quo ſe mutuò ſcommatis perſtringebant*.

στηνιῶσαι, *convicia incefſere*, à στήνια.

στηρίζω, ſ. ξω, *ſtatuo*, *firmiter figo*, *ſto*, *conſiſto*, à στερεὸς.

στήνη, & στῆττα, *mulier*. Ducamus à אתתא, Chald. אתתא itthá, *mulier*.

στία & στῖον, ſcribitur etiam στῖα, ἡ, *lapillus*, *calculus*, à στάω.

στίβος, *via*, à στείβω.

στίζω,

στίζω, ξω, *pungo, notis compungo, ſtigma inuro, interpungo.*

στίλβω, *ſplendeo, luceo, coruſco, illuſtro, fulgorem addo*, à σέλας.

στίλη, *nummulus minimi precii, minimum quid.*

στῖμμι, *ſtibium.*

στίξ, *ordo, verſus*, à στείχω.

στῖφος, τό, *turma, globus militum*, à στείβω.

στλεγγὶς, *ſtrigil*, idem quod στελεγγὶς.

στοὰ, ᾶς, *porticus*, à στάω.

στόβος, *conuicium*, q. στόματος βοὴ, vel à στείβω.

στοιχεῖον, *elementum*, unde omnia compoſita corpora στείχουσι, i. e. *procedunt.*

στοῖχος, *ordo, verſus*, à στείχω.

στολὴ, *amictus*, à στέλλω, *orno.* Hinc στολίζειν, *veſtire.*

στόμα, ατος, τὸ, *os, oris*, סתם ſathám, *claudere*, Heb.

στόμαχος, ὁ; *ſtomachus*, q. στόμα ventriculi.

στόμβος, *qui ore dilatato ſonum edit*, à στόμα.

στόμος, *garrulitas, conuicium*, à στόμα.

στομβάζω, *utor grandibus verbis.*

στορέω, έσω, *ſterno, expando.* סתר ſethár, *deſtruere*, Chald. Vide στρόω.

στόρθυγξ, *cuſpis haſtæ, capillus ſordidus.* Idem στόρθη, à στορέω.

στοχάζομαι, *collimo, ſpecto, coniecto*, à στείχω.

στραβὸς, *qui eſt oculis diſtortis*, à στρέφω.

στραγγὸς, ὁ, *tortuoſus, obliquus*, à στρέφω.

στράγξ, γγὸς, ἡ, *gutta, ſtilla*, à στάζω.

στρατὸς, ὁ, στρατιὰ, ἡ, *exercitus*, à στορέω.

στράγγομαι, *paulatim*, & q. *guttatim facio*, à στράγξ.

στρέφω, ψω, *verto, torqueo, flecto, verto me*, à τρέπω.

στρηνὴς, έος, ὁ, ἡ, *aſper, manifeſtus*, à στερεῶν ἡνίας.

στρίβος, *exilis & tenuis vox avis.*

στριγμὸς, *ſtridor quidam*, à στρίζω, pro τρίζω.

στρίξ, *columnarum canaliculus*, à στρέφω.

στροβέω, *circumago*, à στρέφω.

στρογγύλος, *rotundus, contractus, teres inſtar cylindri*, à στραγγὸς.

στρόμβος, *turbo*, à στρέφω.

στρὸς, *paſſer*, Heſ.

στροῦθος, *paſſer*, à στρὸς.

στρύμαργος, *furioſè libidinoſus*, à στρὸς & μάργος.

στρυφνὸς, ex στυφνὸς.

στρύχνον, *petiolus racemi, melius* βοστρύχιον.

στρύχνος, ου, *solanum herba.*

στρωννύω, *sterno*, fut. στρώσω, ab inuſitato στρόω.

στρώω, inuſitatum, *ſterno*, סתר ſethár, *demoliri*, Chald.

στυγέω, στύξω, *odi, reformido*, q. στύσαι αὐγῇ.

στῦλος, ου, ὁ, *columna, graphium*, à στάω.

στωμύλος, ου, ὁ, *garrulus, loquax*, à στόμα.

στύπη, & στύππη, *ſtupa, ſtipes*, à στύφω.

στύραξ, *cuſpis teli, haſtæ: arbor quædam*, à στερεός.

στυφελὸς, *durus*, à στύφω.

στυφνὸς, *auſterus*, à στύφω.

στύφω, ψω, *aſtringo, de iis, quæ guſtantur, ſpiſſo.*

στύω, *tentigine laboro*, à στάω. στύομαι idem, & *triſtitia afficior.*

σὺ, Dor. τὺ, *tu.*

Σύβαρις, ιδος, & ιος, *urbs magnæ Græciæ in luxu perdita.*

συβήνη, vel συβύνη, vel συβίνη, *theca ex corio, ut ſuillo*, à σῦς, Eſt etiam *venabulum.*

σύδην, *celeriter*, à σεύω.

συηνὸς, *qui porcinis eſt moribus, ſtupidus, inſulſus*, à σῦς.

συκῆ, *ficus arbor*, ex συκέη,

à σεύω, quòd celeriter creſcat. σῦκον, *fructus.*

συκοφάντης, *ſycophanta*, à σῦκον & φαίνω.

σύκχοι, *calceamenta Phrygia*, Heſ.

σύλη, *præda, ſpolium.* Vide σκῦλον.

σὺν, ξὺν, *cum*, regit ablativum. Aliquando ſine caſu eſt *pariter, una.*

συνωρὶς, *par equorum aut mulorum currum trahentium*, à συναείρω.

σύφαι, *parva & vilis lacerna*, à σισύρα.

σύρβη, *tumultus*, Att. τύρβη, *turba.*

συργάστρας, *ſerpens in Theocrito*, à σύρω & γαστήρ.

σύριγξ, *fiſtula*, à σύρω. שרק ſcharák, Hebr. *ſibilare.* Hinc συρίζω, & συρίττω, *ſibilo, exſibilo.*

σύρω, *traho, extraho, ſibilo*, à σείρω.

σῦς, συὸς, ὁ, ἡ, *ſus, porcus*, à σύω vel θύω.

σύφαρ, *exuvium anguis & cicadæ, pellicula rugoſa, ut quæ lacti ſupereſt: rugoſa ſenum pellis: ficus corrugata.* Sit q. σύλη ὄφεως, vel σύκου φάρος.

συφεὸς,

συφὸς, vel συφεὸς, vel συφεῶν, *hara*. à σῦς.

σύω, aliter σείω.

σφάγανον, *enſis*, à σφάζω.

σφαδάζω, *pedes agito*, vel *jacto, palpito*, à σπάω.

σφάζω, & ττω, ξω, *jugulo, macto*, à φάω, *occido*.

σφαῖρα, *globus, pila*, à σπεῖρα.

σφάκελ⊙, *ſalviæ genus*, ex σφάκ⊙. Item *mortificatio partis alicujus inflammatæ, medius digitus*.

σφάκελ⊙, *faſciculus*, ex Latino.

σφάκ⊙, ὁ, *ſalvia, herba*.

σφάλλω, *ſupplanto, everto, fallo, circumvenio, fruſtror*. Chald. שפל ſchephál eſt *deprimi, proſterni*. כפל *imum* Arab.

σφάραγος, & γγ, ὁ, *ſonus gutture emiſſus, guttur*, à φάρυγξ.

σφέλας, ατ⊙, τὸ, *ſcabellum, lignum cavum*, à σφάλλω.

σφένδαμν⊙, ἡ, *acer arbor*.

σφενδάμνιν⊙, *acernus*, item per metaphoram *durus, firmus*.

σφενδόνη, *funda: in annulo*

pala: in oculo pupilla.

σφετερίζω, *meum facio, interverto*, à σφέτερος.

σφέτερος, *ſuus*: Item *meus, noſter, veſter*, à σφεῖς ex σφός.

σφὴν, ῆνος, ὁ, *cuneus*.

σφὴξ, κὸς, ὁ, *veſpa*.

σφίγγω, ξω, *ſtringo, conſtringo*.

σφοδρὸς, *vehemens, validus*.

σφόδρα, *valde*, à σπάω.

σφραγὶς, ῖδος, ἡ, *ſignum, ſigillum* ספר ſephér, *literæ, epiſtola*, Hebr.

σφριγάω, ήσω, 1. *turgeo, à corpore ſum bene habito, vegetus ſum*. 2. *laſcivio, luxurio*. à σπαργάω.

σφύζω, *ſalio*, ſύσω, *mico, palpito, deſiderio æſtuo*, à φυσάω.

σφῦρα, ἡ, *malleus*.

σφυρὸν, *malleolus pedis*, à σφῦρα.

σχαδὼν, *animal quoddam ſine pennis & pedibus: jactus quidam belarius: favus vel cellæ apum: ſoboles apum*.

σχαλὶς, ίδος, ἡ, *varus, furcula attollendis retibus*, ut σχαλίξ.

σχάω, f. άσω, *ſacrifico, ſcalpro aperio, laxo, remitto, demitto*,

demitto, deduco, transfero, cohibeo, à σχάω.

σχέδη, tabula, in qua ſcribimus, à σχίζω.

σχεδὸν, propè, contiguè, propemodum, fortaſſe. σχεδόθεν, comminus, ab ἐγγίζω, proximus ſum. αὐτοσχεδιάζω, ex tempore facio.

σχέθω, habeo, inhibeo, à σχέω.

σχελίδες, αἱ, laterum carnes. Etiam σκελίδες.

σχέτλιος, infelix, miſerabilis, à σχέω & τέλλω.

σχέω, habeo, inuſit. ab ἔχω. Hinc σχέσις, habitudo. σχῆμα, habitus.

σχίδαξ, aſſula, à σχίζω.

σχίζω, ſeco, findo, ſcindo. שסע ſches, à Chald. findere.

σχοῖνος, ὁ, ἡ, juncus, funis, è junco.

σχοῖνος, pro menſura 60. ſtadiorum, eſt vox Ægyptiaca: nempe duplex paraſanga. שני ſcheni eſt ſecundus. Hebr. שנה iterari, mutari.

σχολὴ, ocium, vacatio, lucubratio, locus ipſe, in quo ocium alicui rei impenditur, à σχέθω ceſſare.

σώζω, ſervo, à σῶς, ſanus, ex σάος.

σωκέω, poſſum, valeo, à σῶς. Dicitur & σώκω.

σῶκος, pro σωσίοικος, domus ſervator, à σώω & οἶκος.

σωλὴν, ῆνος, ὁ, canalis, tubus, fiſtula, piſcis quidam.

σῶμα, ατος, τὸ, corpus, à σώζω, vel à σῆμα.

σώματα, corpora, ſervi, mancipia.

σώρακος, vaſis genus, à σωρὸς.

σωρὸς, ὁ, acervus, cumulus, à σωρέω.

σῶς, ſalvus, ex σάος.

σῶστρον, merces, quæ datur medico, à σώζω.

σῶτρον, lignum orbiculare rotæ, quod radios in ſe σώζει.

σώφρων, temperans, modeſtus, probus, σῶς φρενὶ.

σώχω, tero, à σώω.

T

T Eſt decima nona litera, nomine tracto ex Heb. *tau*, quod *ſignum* & *terminum* notat. Sed poteſtas eſt mutata. Nam ת Hebr. eſt *th* at τ Græcum eſt *t*. *In numeris* τ *eſt* CCC

τάγγη, *rancor*, fortè à τήκω. ταγγὸς, *rancidus*.

ταγὸς, *dux*, à τάσσω.

τάζω, *extendo*, ab inuſitat. τάω.

τακερὸς, ὰ, ὸν, quod *liqueſcit*, *molle eſt*, à τήκω.

ταλαίπωρος, *calamitoſus*, à ταλᾶν πῶρον.

τάλαντον, *ſtatera*, *libra*, *trutina*, *pondus* 125. *librarum*, *talentum varii precii apud diverſos*, à ταλάω, *fero*.

τάλας, *miſer*, à ταλάω.

ταλάσιον, *lana*, à ταλάω, quia multum ταλᾶ, antequam pannus fiat.

ταλάω, άσω, *ſuffero*, *perpetior*, *ſuſtineo*, vel *audeo*. טַל tál, Chald. *tolle*.

ταμίας, ὁ, *promus condus*, *diſpenſator*, *quæſtor*, à ταμιεύω, vel à טמת *occultari*.

ταναγρα, *vas æreum*, *in quo contundebant carnes*. Heſ. Fortè à τανύειν κρέας.

τανύω, *extendo*, à τείνω.

ταπεινὸς, ὁ, *humilis*.

τάπης, ητος, ὁ, *tapes*.

ταράσσω, & ττω, ξω, *commoveo*, *turbo*.

τάρβος, εος, τὸ, *terror*, *timor*, *metus*, à ταράσσω.

ταρβέω, *metuo*.

τάργανον, *lora*, hoc eſt πόμα ἐκ στεμφύλων.

ταραγμὸς, *turba*, à ταράσσω.

τάριχος, ου, ὁ, vel εος, τὸ, *ſalſamentum piſcium*, *caro ſale condita & exſiccata*, à ταίρω, *exſicco*.

ταρμύλαια, id eſt, φελλὰ, *verres*. Etym. in ἀποφθέγματι.

ταρσὸς, vel ταῤῥὸς, *crates*, *in qua aliquid* τέρσεται, i.e. *ſiccatur*.

τάρταρος, ὁ, ἡ, *tartarus*, locus infimus ſub terra, ὁ ὑπὸ τῆς γῆς κατώτατος τόπος, à ταράσσω. Hinc ταρτάρειος, *tartareus*.

τάρφος,

τάρφος, εος, τὸ, *denſitas, maximè in ſylva*, à τρέφω, *compingo*. ταρφὴς, ταρφὺς, έος, ταρφειός, *frequens*.

ταρφέα, *frequenter*, adverb. apud poët. τέρφω, *ſicco*. Schol. Oppian.

τάρχεα, τὰ, *inferiæ, juſta*, à ταριχεύω. ταρχύω, *exſequias facio*.

τάσσω, & ττ, ξω, *ordino, colloco, præficio, conſtituo*. דתא dathá, *lex, ordo*, Chald.

ταύλα, *tabula*, ex Latino.

ταῦρος, ὁ, *taurus*, Chald. תור thor. Syr. thaurá, *taurus* ex Hebr. שור ſchór. Quum eſt proprium nomen montis, eſt à טור id eſt *mons*, Chald.

ταχὺς, έος, ὁ, *pernix, celer, præceps*, à τάζω.

